DE CONCILIIS

SINODIA VGONIA

EPISCOPI PHAMAVGVSTANI.

OMNIBVS, QVAE AD CONCILIA ritè ac legitimè celebranda pertinent, ſcire uolentibus, opus ſanè perquam neceſſarium.

CVIVS VTILITAS IN SEQVENTI Indice, ſtatim poſt prȩfationem poſito, uidere datur.



VENETIIS, M D LXIIII.

Sanctiſſimo & Clementis, D.N D. PAVLO III. Pont.Max.

BEatis.pater.& Dñe d.Clementis. Poſt pedum oſcula Beatorum Exiſtimaſſem me officii debitiq; mei prorſus inmemorem.Niſi.s.v.que dei ſummi vices gerit in terris.Imperfectum meum aperta (vt aiunt) fronte oſtenderem.Libellum Conciliorum;quem mihi ipſi diu ante cõſcripſeram ac protectioni Sanctiſſ.nominis veſtri & aliorum quorundam Reuerendiſſimorum Cardinalium dicauerã.Poſteaquam de futuro generali Concilio iuſſu.s.v.celebrando verbum prodiit.Ad eiuſdem Beat.v ſacros pedes exhibendum mitto:Eidem quibus poſſum & debeo precibus humiliter ſupplicandó. Vt illum pro me (licet prima facie magnus videatur ardelio) Clementer Benigne & Humaniter (vt ſemper conſueuit) admittere,audire,& pro meritis eius diiudicare dignetur:quod ſi quid ineruditum,improbumq; (vt ſatis vereor) inuenerit:Illud totum inſcipientie & imbecillitati mee aſcribat : obliterãdum. Flammiſq; conſumendum declaret:& abholeri,reprobariq; ſeueriſſime iubeat. Quicquid autem boni , Iuri,& veritati conſonum depreheñſum fuerit.Bonitati,& gratie diuine,pro innata clementia ſua tribuere dignetur . Cuius gratie,& pedibus ſanctiſſ.me humilime comendo:que diutiſſime nobis,& ſacroſancte eccleſie ſue auguſtiſſime valeat . Brixie.xiiii.menſis Nouembris. M. D. XXXIIII.

Humilimus pedum.s.v.ſeruulus Matthias
Vgonius Epiſcopus Phamauguſtanus.

Breue eiuſdem Sanctiſſ. D. N. PP. Pro reſponſione,& operis approbatione.

Venerabili Fratri Mathię Vgonio Epiſcopo Phamauguſtano.

PAVLVS. PP. III.

VEnerabilis Frater Salutem, & apoſtolicam Benedictionem. Synodie opus Quatuor diſtinctum libellis , quod nuper ad nos miſiſti:libentiſſime vidimus.Et quantum ex ſummaria eius lectione deprehendi licuit (Neque enim per occupationes : quibus obruimur examinare,aut perpendere ſingula,commodum fuit)opere precium feciſſe te,atq; opus chriſtiano viro,& epiſcopo dignum:quod lucem ambiguis inferat non contemnendam : variiſq; ſuccurrat dubiis edidiſſe arbitramur.Quo nomine te amamus plurimum,& gratias agimus . Atq; vtinam eiuſmodi aliquot dominici arui cultores naciſceremur.Minus profecto inopia laboraretur,& fame . Nam & leta æſtas , & meſſis proueniret vberior:Nec lappe,& tribuli ſegetes enecarent . Nos , quod ad tam egregie mentis , Saluberimiq; inſtituti rationem attinet:Fraternitatem tuam in dño hortamur , vt velit in huiuſmodi laboribus perſeuerare:Ac rem chriſtianam (quod multi ad quos ſpectant negligunt) tot inſidiis , tot diſſidiis circumuentam , quibus licet opibus (licebit autem plurimis) adiuuare.Pro hoc nempe tam nobili animoq; , & opere affecti tibi, & propitii futuri ſumus : Nec rebus tuis vſpiam,commodiſq; & honoribus, quecunq; offertur occaſio defuturi . Te enim vero etiam in minoribus dileximus fraterno amore,& precipuo ſemper affectu proſecuti ſumus . Datum Rome apud.s.Petrum,ſub annulo piſcatoris. Die.xvii. Decembris . M. D. XXXIIII. Pontificatus noſtri Anno Primo .

Fabius Vigil.

REVERENDISSIMIS Patribus:& dñis meis maximè obſeruandis: dñis Alexãdro Farneſio Hoſtieñ. Antonio a monte Portueñ.Epis.Franciſco ſanctę Crucis in Hieruſalem. Franciſco Cornelio ſancti Pancratij presbyteris:& Paulo Ceſio ſancti Euſtachij Diacono.S.R.E Cardinalibus preſtãtiſſimis.Matthias Vgonius Phamauguſtanus indignus Eps:humillimam reuerentiam,ſalutem & commendationem.d.

Conciliorũ Synodiam, Authoritatem praxim; ad quandam quaſi mei ipſius memoriam mihi tantũ diu ante collegeram:cum primùm de nouiſſimo Laterano concilio:quod fe.re.Iulius ſecundus ſummo ſtudio : cura opera fieri haberiq; curabat:verba publice prodire cepiſſent.Non equidem vt noui iuris aliquid : alijs ea ſuper re ſcriberem : ſed ea magis mente:eoq; conſilio:ne ſi quando:eidem me Synodo intereſſe:ibiq; vel alibi : de hmõi materia verba facere contingeret elinguis improuidus diſciplinarum eccleſiaſticarũ ignarus:& indignus omnino eps apparerem (vbi verò opus eſſet) laboris huius mei fructus aliquot : veluti ex quodam quaſi referto promptuario breui : vt aiunt:manu decerperem:qui mihi tantũ vſui eſſent:ſuppeterent:& inſeruirent.Illud enim cogitabam : vt compendium huc apud me perpetuo deliteſceret euaneſceret:& mecũ poſtremo periret. Sed vbi inter ſtudiorum conſiliorumq; meorum participes rumor paulo ante increbuit. S.D.N. Clementem Pontificem maximum Carolo Cęſare Auguſtiſſimo bene iuuante : ac pedibus propemodum in ſententiam cõmeante, ſynodum quoq; generalem:ob veſani Lutheri: longe lateq; iamdiu debacchantes hęreſes prope diem:felicibus auſpiciis:neceſſario:celebrari ſtatuiſſe.Non defuerunt grauiſſimi magne authoritatis viri;mei amantiſſimi:qui me diu recuſantem , perſpicuis eorũ racionibus,validiſſimis perſuaſionum argumentis:ac variis adhortationum ſtimulis eogerent : vt libelli huius farraginem:quam ex ſacrorũ canonum:priſcorum conciliorũ,clariſſimorumq; doctorum:multiplici lectione in quoddã quaſi Enchiridion mibi congeſſeram,Paulo vberiore ſtilo ampliatam ederem,calcographis imprimendam relaxarem,ac in lucem:manuſq; aliorum prodire:& periculum de ſe facere permitterem,vt ſi omnibus: & illis pſertim doctioribus,prodeſſe,aut vtilitatis vel commoditatis aliquid afferre non poſſet. Aliquibus ſaltem paucis:laboris quidpiam:in euoluendis libris detraheret quo ſibi factum fuit: vt ego:qui in amicos facilis procliuus & obſequentior ſemper fui his:& huiuſmodi compluribus cauſis adductus conſentire : herbam (vt veteres loquebantur) tradere. Ac (fronte perfricata) ad amplitudines veſtras:penes quas:Mei ipſius , rerumq; omnium mearũ plenum arbitrium ac merum & mixtum imperium exiſtit:pro inepta ac quantulacunq; excuſatione confugere compulſus fuerim : vt libello meipſo : & quicquid in homine eſſe poteſt:eiſdem dicato addicto:& deuoto:pro ſuo ipſarum arbitrio:iubere:ſtatuere:& (quod maluerint) de nobis ipſis diſponere non indignentur . Scio enim non licuiſſe aſcriptitio ſeruo:de bonis (etiam proprio ſudore acquiſitis) quicquam.Preter dñorum ſuorum voluntatem (legibus hoc prohibentibus) ſtatuere, ſed quoniam facta pro infectis haberi non poſſunt:dñis meis : quibus maximè poſſum precibus humiliter ſupplico:vt mibi veniã humiliter petenti:clementer ignoſcere:& transfugam libellum hunc : qui veluti temerarius Ardelio de rebus nimis arduis grauiſſimis,ſuppremis,ſumq; prorſus viribus maioribus : de ſacro ſanctę:videlicet vniuerſalis eccleſię Chriſti dei ac dñi noſtri ſponſe immaculate : de generalis concilii (quod eius typon & imaginem gerit) deq; ſummi Pontificis:Chriſti ipſius in terris vicarii precipui,authoritate:iurisditione:poteſtate:atque preſtantia indagare:ſcribere:diſputare:ac reponere auſus fuit.Pro innata ſua clemẽtia : in earũ clientelam,tutiſſimũq; Aſyli ſui perfugium:atq; preſidium : recipere dignentur : vt ſicubi opus fuerit (prout certo erit) pro acerrimo iuditio ſuo,ſingulari mirificaq; doctrina:eum pro noxa:corrigere:caſtigare:emendare, & (pro communi rei litterarie,ac fidei orthodoxe commodo : & vtilitate) in meliorem ſenſum, doctiorem intellectum & gratiorem faciem vertere non grauentur:ſeu ſi mendax nequam inutilis (prout ſatis vereor) videbitur : totum oblitterari:& flammis comburendum tradi iubeant:Mei nihilominus:earũ & ſancte ſedis apoſtolice indigni:iamq; emeriti ſeruuli quandoq; memores:que diu auguſtiſſime valeant. Brixie. Kal. Iulij . M. D. XXXI.



OGItāti mihi:ac diu mecū ſe piuſcule reputāti quid nā in cauſa eſſe poſſet:ꝙ ſublimis illa militātis eccleſie authoritas: tante exiſtimationis:precellentie,ꝛ glorie priſcis temporibus fuerit. Ut non modo chriſticolarum popelli:vileſq; plebecule. Sed innumerabiles excellentiſſimarum rerum publicarū Senatores. Confertiſſimi latiſſimarum prouinciarum populi. Sereniſſimi Reges. Potētiſſimi totius orbis Monarchiā moderātes Jmperatores: humili obſequio libētiſſime ei colla ſubderent. Noſtris vero cōtra tēporibus ita deiecta: proſtrata ꝛ vilis habeat. Ut nemo etiam gregariorum, ꝛ obſcenorū hominum inueniatur: qui illam non contemnat:qui non tantum minores ſacerdotes:ſed maiores aut maximos Pontifices piliſaciat. Quiue eorum diuina myſteria: equiſſima monita :horrendas Dathan: ꝛ Abryon execratōes:ius:phas: aut ſacroſancte apoſtolice ſedis grauiſſima iudicia venerari vel audire curet. Quiq; potius gentes ſanctam,populum electum. Regale ſacerdotium chriſtos domini (quod maximo ſine rubore loqui non poſſumus)non irrideat: floccipēdat:interno liuore, virulento odio: nepharijs ꝯtumelijs:ꝛ deteſtandis maledictis:cote diaboli acuminatis linguis, non perſequatur. Hec inq̄ cogitanti mihi, ſtatim in mentem venit, atq; illico perſuaderi cepit in ligno eſſe qđ lignum rodit. Nā poſteaq̄ priſcorum illorū eccleſie noſtre heroum ardens virtus diuinis igniculis coruſcans ſanctimonia: vite ac morum irreprehēſibilis norma: capitis membrorumue aſſidua:non minus aloes q̄ mellis habens reformatio. Juſtitie perpetua cōſtanſq; voluntas:humilis doctrina:ignita dei ac proximi charitatis dilectio, langueſcere hemiſperium noſtrum relinquere: obliuioni demandari ꝛ in deſuetudinem pene abire ceperunt. Poſteaq̄ illa duo magna Solis ac Lune luminaria que ſolido in firmamēto diuina prouidētia conſtituit, vt lucem a tenebris diuiderent:ceteris aſtris lumen mutuarent diei ac nocti preeſſent:ꝛ vniuerſam terram lucis ſue radio illuminarent. Luces ipſam quandoq; in tenebras vertere: defectus ꝛ horrendam ecclypſim perpeti. Nefanda hec omnia leuitici generis miniſtros perditis eorum laceſſentibus moribus: vt videre videor:inuaſere. Quod quidem diuinum vatem Hieremiam maximo merore conſternatū ſollicite vaticinari dixerim, cum inquit. Quomodo ſedet ſola ciuitas: plena populo:facta eſt quaſi vidua domina gentium. Princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo, non eſt qui conſoletur eam ex omnibus charis eius:oēs amici eius ſpreuerunt eam, ꝛ facti ſunt ei inimici: omnes perſecutores eius apprehenderunt eam inter anguſtias. Uie ſyon lugent eo ꝙ nō ſint qui veniant ad ſolemnitatem:facti ſunt hoſtes eius in capite: inimici eius locupletati ſunt:q2 dominus locutus eſt ſuper eam:propter multitudinem iniquitatū eius:ꝛ egreſſus eſt a filia Syon omnis decor eius. Facti ſunt principes ipſius velut arietes non inuenientes paſcua ꝛ abierunt abſq; fortitudine ante faciem ſubſequentis. Uiderunt eam hoſtes ꝛ deriſerunt ſabbata eius. Peccatum peccauit Hieruſalem:ꝛ propterea inſtabilis facta eſt:omnes qui glorificabāt eā: ſpreuerunt illam:q2 viderunt ignominiam eius. Hec ille. Quis enim obſecro eſt adeo mētis inops:adeo ſui ipſius immemor:qui veterum annales ꝛ nr̄a hec tēpora ſecū recenſendo luce meridiana clarius non intueat ac intelligat:priſcos illos eccleſie patres tātum iccirco auctoritatis:fidei: exiſtimationis:decoriſq; facillime aſſecutos : q2 ſacroſanctam fidem orthodoxam: quam ab ipſo domino ꝛ ſaluatore noſtro chriſto Jeſu:ab ipſius apoſtolis,a ſacris concilijs ardentiſſime ſuſceperant. Jta diligenter,pure:deuote integre,obſeruauere:vt iota vnū:aut vnus apex non preteriretur a lege. Quia quotiēs aliquid iter chriſticolas emerſiſſet:quod fidei ſinceritatem:maieſtatem: obſeruantias offendere poſſet. Jllico ſacra vniuerſalia cōcilia:in qbus (ni fallor) totius eccleſiaſtice diſcipline neruus roburq; cōſiſtit:omni accurata diligentia (que cunctarum bonarum artium mater eſſe dignoſcitur)frequentiſſime pro communi omnium vtilitate : pro aſſidua cultura vinee domini ſabbaoth ce-

lebrarunt. In quibus modo luxuriantes,
aridoſ:inutileſq; ramoſ amputando:mo-
do gibboſos:diſcolos:⁊ aberrãtes preuſtis
ſudibus colligando:vt alta petere poſſent:
ſurſum dirigere: pertinaces hereticos ab-
ſcindere:ſciſmaticos confundere: bene in-
ſtitute reipublice chriſtiãe vitia omnia pur
gare:cuncta collabẽtia inſtituta reformare.
ac verbo pariter: ⁊ exẽplo bene: beateq; vi-
uendi normã ſtabilire cõſueuerũt. ¶ Nos
vero nr̃ateſq; fere oẽs:quibus corpus volu
ptati. Aía vero oneri exiſtit, ecõtra. Ideo
ꝯtẽptui eſſe:nihili extimari:tantũ iniuriaꝝ
vitupationis:⁊ infamie ꝑpeti:q; que dei ho
norẽ,que fidei integritatẽ:ꝗ vitioꝝ reforma
tionẽ cõcernere poſſunt. Summa ignauia:
torpenti ocio: perpetuaq; negligentia (que
virtutis ac morum inculta diſcinctaue no-
uerca nuncupatur) de induſtria proſequi-
mur. Quinimmo ſceleſtiſſimam Babylo-
nem turpiter incolimus. Quia ſanctuariũ
domini ꝓphanauimus: peneq; deſtitutum
reliquimus:q; omne in precipiti vitium ſtetit:
Quia ſiq; quem zelus domus dei comede
rit:de puniendis:tollendiſq; hereticis: ſci-
ſmaticis:ſimoniacis:aleatoribus : publicis
ꝯcubitoribus:⁊ huiuſmodi nepharijs: ſcele
ſtiſq; hominibus. De eccleſie moribus re-
formãdis:de concilijs celebrandis: verbus
fecerit. Hunc nebulonem: Ardelionem: Si
cophantam: Idiotam: ſupplantatorem: ſu-
perſtitioſum: hypocritam: execrandum: irri
dendum, exſibilãdum: ac omnino explodẽ
dũ exiſtimamus. Quid ergo obſecro aliud
ꝓ his corruptiſſimis moribus noſtris ex-
pectamus, aut ſperare poſſumus? cum ſal
euanuerit:iſatuatumq; fuerit? niſi vt foras
proijciatur:⁊ a porcis infidelibus conculce
tur? Nam quemadmodum imperium faci
le his artibus quibus partum eſt: retinetᷣ
(vt inquit Criſpus) ita contrarijs, vbi ꝓ
labore deſidia:pro continentia ⁊ equitate:li
bido atq; ſuperbia inuaſere : fortuna ſimul
collabitur:⁊ imutatur cum moribus. Que
omnia egó qui tantillus homuncio:qui in-
dignus:atq; vtinam non ꝓfus inutilis chri
ſti ⁊ eccleſie ſpõſe ſue ſeruus ſum: cũ ſedulo
mecum cauſam meam dijudicando ac ſen
tentiam in ſinu meo colligendo penſicula-
rem. Non aliter fluctuanti nauicule Petri
(in qua iãdudum chriſtus dormitat) op-
portune ſubueniri prouiſumq; iri poſſe exi
ſtimaui: q̃ ſi dominus pia miſeratiõis ſue
clemẽtia:expergefactus. Saluberrimo ac ſin
gulari vniuerſalis cõcilij antidoto noſtris
calamitatibus atq; miſerijs chriſticolas ſu-
os ſomno: vinoq; ſepultos : excitare macu-
las noſtras abſtergere ſancto paradeto ſpi-
rante: cor mundum in nos creare ſpiritus
rectum in viſceribus noſtris innouare: po
pulum ſibi acceptabilem ſectatorem bono-
rum operus efficere:ac ſpiritu principali cõ-
firmare dignaretur. Qua potiſſimum con
ſideratione adductus:decreui (ſi tamẽ do
minus currentem ad metam peruenire cõ
ceſſerit) hac ſynodali diſciplina me ipſum
pro virili inſtruere. Mihiq; vniuerſalis cõ
cilij libellum qualem ac quantulumcunq;:
apud me perpetuo dediturum : mecumue:
forte periturum: veluti Archetypon ⁊ for-
mularium quoddam eoꝝ que contingere
poſſent:conſcribere. Ne ſi quãdo dominus
ad ianuam cecitatis ⁊ miſerie noſtre ſero:
nocte intempeſta: gallicantu, aut mane pul
ſare voluerit:me ſomno torpentem, rerum
omnium penitus ignaꝝ: improuidum: ac
ſurdo in auditorio ſtertẽtem offendat. Nã
⁊ ſi arduus:perdifficilis:meis prorſus viri
bus impar:⁊ diuerſis vndiq; ſtipatus peri
culis concilioꝝ vniuerſalium tractatus exi
ſtit. In quo legitime cenſure: ac ſacraꝝ litte
rarum ſummi apices:ſummaq; ingenia ſe
penumero inter ſe colluctantia: deſudarũt.
In quo vbi de magna virtute atq; gloria
maiorum noſtrorum. De Ignauia: Intem
perantia: Secordia: Vitijs:⁊ iniuſtitia neo-
tericorum:de poteſtate:ditione:vel iuriſdi-
ctione pontificis maximi ⁊ concilij diſſeras
atq; cõmemores: ꝓ veritatis indagine:pro
ingenti laboris mercede: odium: inuidias:
maleuolentiam:⁊ perſecutionem:incurras.
Tamen poſteaq̃ mihi tantũ victurus ſu3,
auriculas aſini Myda Rex habet: bonam
in partem accipient:⁊ dabunt (ſat ſcio) ve
niam:omnes qui hoc meu3 ſtudium agno-
uerint, Quod ſi aſſequi non potero:que in-
credibili quodam deſiderio animo conce-
pi. Dabo ſaltem operam vt hoc (quantulo
cunq;) conſolationis genere conquieſcam.
Et q̃ pulchra:ſublimis: veneranda ſit hu-
ius militantis: eccleſie Hierarchia: q̃ gra-
uis:precellens: timenda Imperij ac ditiõis
ipſius Maieſtas: vbi ſeipſam colligit agno
ſcit:⁊ in ſtatu ſuo ꝯſiſtit: ꝯtemplari valeas.
Ad quod quidẽ (vt alios aliaq; multa que
grauiſſimis ſuis perſuaſionibus aleam iſtã

me ſubire fecerunt, ſilentio inuoluam:)me
etiam hoꝛtatur plurimum diui Gregoꝛij
non minus docta q̄ vera ⁊ canonica ſen-
tentia:qui conciliorum pernecessariam vti
litatem ſanam: irrepꝛehenſibilemqꝫ doctri-
nam:ac ſuppꝛmam (vt arbitroꝛ)poteſtates
conſiderans. Fatetur ſacra ſe concilia non
aliter ſuſcipere:ac venerari q̄ quatuoꝛ ſan-
cti euangelij codices. Et Ro. Pontifex di-
urno in libello profeſſionis ſue ingenue pro
fitetur. Decreta concilioꝛum ſe vſqꝫ ad vnus
apicem immutilata ſeruaturum: pariqꝫ ho
noꝛe ac veneratione omnia eque digna ha-
biturum. Et que pꝛedicauerunt vel ſtatue-
runt omnibus modis ſequi ac pꝛedicare.
Que vero condemnauerūt non minus coꝛ
de q̄ oꝛe condemnare. Urbanus vero pꝛe-
ſul apoſtolicus:vbi inqt dominus vel eius
apoſtoli: ⁊ eos ſequentes ſancti patres ſen-
tentiando aliquid diffinierūt. Ibi non no-
uam legem Ro. Pontifex dare: ſed potius
quod pꝛedicatum eſt vſqꝫ ad animas ⁊ ſan
guinem confirmare debet. Nam ſi quod il
li docuerunt deſtruere (quod abſit) nite-
retur: tunc non ſententiam dare: ſed ma-
gis errare conuinceretur. Cum quo opti-
me conuenit:quod Paulus apoſtolus Co-
rinthios docet (dum inquit) Ideo enim
hec abſens ſcribo, vt non pꝛeſens durius
agam ſecundum poteſtatem quam domi-
nus dedit mihi in edificationem ⁊ non in
deſtructionem. Nec minus me etiam mo-
uet venerandum Conſtantieñ. concilij de-
cretum, vbi patres in eo conſcripti diuino
(vt creditur) dei ſpiritu acti aperta (vt
aiunt) fronte: rotundoqꝫ oꝛe atteſtantur.
Frequentem generalium concilioꝛum ce-
lebꝛationem agri Dominici culturam eſſe
pꝛecipuam:que vepꝛes: tribulos: ⁊ ſpinas
hereſium: erroꝛum ⁊ ſciſmatum extirpat:
exceſſus coꝛrigit, defoꝛmata refoꝛmat: ac
vineam domini ad frugem huberrime fer
tilitatis adducit. Illoꝛum vero neglectum
pꝛemiſſa omnia mala ī eccleſia dei ſemina-
re:alere:confoꝛere:pꝛout ⁊ pꝛeteritoꝛū tem-
poꝛum recoꝛdatio: ⁊ pꝛeſentium ante ocu-
los noſtros ponit miſerāda conſideratio.
¶ Hunc itaqꝫ concilij vniuerſalis libellus
diuino inuocato numine (vt cunqꝫ) mihi ī
quatuoꝛ ex partibus in compendium dedu
cere:ac veluti coꝛpuſculus quoddam huma
num effingere in animo eſt. Ut ſummi re-
rum omnium opificis: dum pꝛotoparentes

noſtrum creando foꝛmat:diſponit: pꝛeficit:
atqꝫ reſoluit. Sacra veſtigia:humi pꝛoſtra-
tus:ac venerabundus pꝛoſequar. Si tamē
(vt paſtoꝛ ille virgilianus inquit)parua li
cet componere magnis. Is enim vbi Mi-
crocoſmon hunc:trinodo ſuo numini ī lu-
cem pꝛoducere placuit. Quibuſdam quaſi
pꝛeludijs totius creationis ad vtilitates hu-
manam pꝛemiſſis. Faciamus inquit homi
nem ad imaginē ⁊ ſilitudines noſtrā. Foꝛ
matiſqꝫ ex humo cūctis terre aiantibus: ac
vniuerſis volatilibus celi. Illa adduxit ad
Adam vt videret quid vocaret ea: (omne
enim quod vocauit Adam anime viuētis
ipſum eſt nomen eius.) Appellauitqꝫ no-
minibus ſuis cuncta animantia: vniuerſa
volatilia celi ⁊ omnes beſtias terre. Poſt
hoc vero ſumma illa dei omnipotentis ſa
pientia:ita mirifice ſuum cuiqꝫ munus di-
ſpoſuit. Ita congrue: oppoꝛtune: ⁊ vtiliter
omnia ab eo creata ſuo loco ⁊ tempoꝛe col
locauit:vt nihil deeſſe poſſe videret ad be-
ne:beateqꝫ viuendum. Nam pꝛothogonos
noſtros:ita perfecte docuit:erudiuit:inſtitu
it:vt Economicam:politicam:phiſicam:cū
ceteris bonis artibus non ignoꝛarent. Po
teſtatis autem quaſi diuine (quantum hu-
mana fragilitas patiebatur) eis imperius
fecit. Ubi quicquid terra mariqꝫ cōtinetur,
eoꝛus ditioni ſubdidit: atqꝫ inquit, creſcite
multiplicamini ⁊ replete terrā, ſubicite eā:
⁊ dominamini piſcibus maris: volatilibus
celi: ac vniuerſis animantibus q̄ mouenē
ſuper terram. Diſſolutionem poſtremo coꝛ
poꝛum ⁊ eoꝛum quatuoꝛ elementoꝛum in-
ter ſe pꝛius ex diuerſitate nature colluctan-
tium:que concoꝛdi equilibꝛio ⁊ cōſona qua
dam harmonia in creatione ipſoꝛum īgeſ-
ſerat:ſucceſſiue edixit:vbi inquit:ex omni li
gno paradiſi comede. De ligno autem ſciē-
tie boni ⁊ mali ne comedas. In quacunqꝫ
enim die comederis ex eo moꝛte moꝛieris.
Et alibi cū iam inobedientie reatu coꝛruiſ-
ſent:in ſudoꝛe:inquit:vultus tui veſceris pa
ne tuo:donec reuertaris in terram, de qua
ſumptus es, qꝛ puluis es ⁊ in puluerem re-
uerteris. Iuſſerat enim mens illa diuina
hominem quem tam decoꝛa ſuiipſius ſimi
litudine: animi immoꝛtalitate donauerat:
coꝛpus quoqꝫ imoꝛtale habere. Si in pꝛio-
ris innocētie ſue ſtatu perſiſtere: animi im
perio:coꝛpoꝛis ſeruitio vti: deum optimus
maximum ductoꝛem: plaſmatoꝛem: ⁊ do-

minuum vniuerſorum ſuper omnia agnoſcere:amare:laudare:cõtemplari: ac ſupremis eius delitijs (quas oculus nõ vidit:nec auris audiuit, aut in cor hominis aſcendit) perpetuo frui. Illiqꝫ equa iuſta:ſalubria:monenti: obtemperare maluiſſet: ꝙ voluptariam viraginem ſuam, aut eterne damnationis luciferon audire. Poſteros omnis: tanꝙ peccati ſui ſeruos, inferni glebe adſcribere:ꝑpetuis laboribus, calamitatibus, erũnis:inuoluere: ac (niſi ſacro fonte luſtrati: penitentie piaculo:tabificam elementorum parentumqꝫ ſuorum contagionem: periculoſa valde huius ſeculi peregrinatione, purgaſſent) ceca demum in tartara mittere plagis multis in eternum vapulaturos: vbi nullus ordo:ſed ſempiternus horror inhabitat.

Intentionis igitur huius noſtre lucubrationem inueſtigabiles domini vias: quantum ingenioli mei vires patiuntur: maxima veneratione ſecutus. In Preludia: Diſpoſitionem: Poteſtatem: & Diſſolutionem diſtinguemus. Vt vniuerſalis Concilii corpus integramq; Synodiam nobis effingere valemus.

In Preludiis itaque quoſdam quaſi apparatus eorum que ad conſtituendum corpus occurrunt redigendo: pro ſtabili ac ſolido fundamento eorum que ſubſequuntur inueſtigabimus. Primo.

PRAELVDIA.

Quid ſit concilium generale folio primo.
Concilium vnde dicatur. 3
Quotuplex ſit concilium, & primo de ſynodo epiſcopali. 3
De concilio prouinciali. 5
Quis concilium prouinciale congregare poſſit. 6
Qui vocandi ſint, & ire teneantur ad concilium prouinciale. 6
Qua pena puniantur non euntes ad conciliũ prouinciale. 7
Quando: & quotiens concilium prouinciale celebrandum ſit. 8
Quo ordine vel modo concilium prouinciale celebretur. 8
Generalia capitula religioſorum. 11
Vnde traxerint originem concilia. 11
Quibus temporibus cõcilia pleraq; celebrata fuerint: & quibus conciliis pleriq; canones ex his qui in corpore iuris habentur: aſcribantur: per quos liquido conſtare poteſt quibus in cauſis negociis & rebus cõcilii generalis iuriſdictio auctoritas & poteſtas ſe extendere conſueuerit & ualeat. fol. 12. & ſeq.

DISPOSITIO.

Quis tanquam pater generans ſeu formans concilium vniuerſale diſponere: congregare ſeu auctorare poſſit. 27
Appellatio ad concilium futurum a papa. 42
Quando concilium vniuerſale celebrandum ſit. 46
Quibus ex cauſis concilium generale cõgregari poſſit aut debeat. 47
Sciſma. 48
Sede apoſtolica vacante. 48
Eccleſie vniuerſalis ſtatus. 50
Symonia. 50
Cardinalatus. 59
Quo certo loco concilium congregandum ſit. 60
Qui ſpecialiter aut generaliter ad concilium ſint vocandi. 61
An ſit in optione pape vocare: & admittere ad concilium vniuerſale quos vult. 63
An papa ſolus vocem conciliarem aliis communicare poſſit. 64
An Epiſcopi & prelati omnes ſingulariter ad concilium vocandi ſint. 64
Que forma, & quis ſit modus cõuocandi vniuerſale concilium. 66
Quot citationes requirantur. 69
Qui ad conciliũ generaliter citati ire teneantur. 70
Qui procuratores vel locatenentes ad concilium mittere poſſint. 70
Qui quales, & quot nuntii vel procuratores mitti poſſint ad concilium. 70
Que debeat eſſe forma mandati eius qui mittitur ad concilium pro altero. 71
Qua pena puniantur qui ad concilium vocati ire contemnunt vel negligunt. 72
De Cardinalibus prelatis comitibus vel baronibus fugientibus pape vel imperatoris aut alterius ſui principis & ſuperioris ſeuitiam & perſecutionem: & nunquid perſonaliter citati ire teneantur. §. Inter hæc. fol. 73
Qui & quot prelati requirantur ad concilium legittimum conſtituendum. 75
Vbi plures de papatu contendunt. 78
Qua pena puniantur impedientes concilium celebrari. 78
Qui in concilio ſint vocales. 79
An incapaces ad vocem deciſiuam cõcilii habilitari poſſint: & per quem. 81
Preſidentes concilii: vtrum aliquis vt caput & moderator concilio generali preſidere debeat. 82
Qualiter ornari debeat locus concilii & quo habitu epiſcopi vel prelati comparere, & ſe in dicto concilii loco preſentare debeant. 84
Quo ordine ſedere: & ſe ſubſcribere debeant prelati in concilio. 85
Preambula ante concilii inchoationem premittenda. 89
Quibus modis ſe habere debeant in concilio reſidentes. 91
Quid in prima ſeſſione agendum ſit. 91
Deputatio officialium concilii. 92
Qualiter: cuius nomine: & a quibus concilii geſta dictari ſcribiq; debeant. 92
Que debeat eſſe prima actio: & qui primus tractatus concilii. 94
Quæ forma: qui modus, vel ordo: in cauſis preponẽdis: & expediendis ſeruari debeat in concilio. 95
An in ſententiis vel decretis concilii prelati omnes preſentes eſſe: & vnanimiter conſentire debeant. 96
An omnes preſentes eſſe: & ſe ſubſcribere debeant. 97

POTESTAS.

An vniuerſale concilium iuriſdictionẽ habeat & unde. 98
An concilii iuriſdictio ſit ordinaria vel delegata. 99
Cauſe: que in concilio tractari expediriq; poſſunt. 102

An concilium diſpenſat contra ius poſitiuum diuinum vel naturale. 103
An omnes tam clerici quam layci cuiuſcumque conditionis coram concilio comparere teneantur. 107
An citati ad concilium habeant ius reuocandi domum. 107
An cõcilium generale ſuſpectum allegari: vel recuſari poſſit. 108
Quę ſit poteſtas papę in concilium. 110
Quæ ſit poteſtas concilii in papam: & quæ cauſę ſint de foro concilii contra papã. 113
Quę ſententia papę, an concilii preualeat: ſi contraria vel diuerſa ſentiunt. 132

DISSOLVTIO.

Quanto tempore durare debeat concilium fol. 138
An concilium a loco deſtinato transferri valeat. 138
Quis concilium de vno loco ad alium transferre poſſit. 139
Quis habeat poteſtatem generale concilium diſſoluendi. 141
Quo modo vel quo ordine concilium generale diſſoluatur. 143
An liceat incorporatis in concilio ante diſſolutionem recedere: & qua pena recedentes plectantur. 144

¶ Quid ſit concilium generale.

SCIO Vlpianum iureconſultū clariſſimus in.l.omnis diffinitio. ff.de reg.iur. poſteros admonuiſſe:ꝙ omnis diffinitio in iure ciuili periculoſa eſt. Cum parꝝ ſit vt non ſubuerti poſſit. Sed quoniã omnis bene inſtituta materia oīno a diffinitione proficiſci debet: vt ante omnia ſciamus, quid ſit id de quo tractaturi ſumus: prout maiores quoq; nr̄i ſcriptum reliquere. Et philoſophus ꝑ topicoꝝ: ac ſcđo poſterioꝝ. Diffinitionem eſſe congnitionem ſubſtantie ſapientiſſime atteſtat̄. Cum differentie ſpecieꝝ non niſi per diffinitionem cognoſcant̄. vt colligit̄. ff. de fun. inſtru.l.queſitum.in prin.ff.de auro ⁊ arg. leg.l.qntus.§. cui auꝝ.⁊.C.de iure emphi.l.i. Jccirco ne in obſcuris vagando ingenium captiuemus. Neue in ipſo frontiſpicio ꝑplexitatis ⁊ cōfuſionis nobis ingeramus obicē. Ad principale ſtudioꝝ noſtroꝝ queſitum accedentes. Quid ſit concilium gñale ecumenicum vel vl̄e ex intentione Jſidori.viij.ethi.lib.c.xiiij.tranſumptiue.xv.di.c.canones.⁊ melius.xvij.di.c.i.vbi bona gl. inueſtigabimus. Jntermiſſis parumper Prouincialis ac Synodalis: ſeu Epiſcopalis concilij diffinitionibus que ſuis ſe locis vltro offerent.

¶ Eſt igit̄ Concilium generale: vniuerſalis epiſcopoꝝ orthodoxoꝝ cũ alijs catholicis, vnius conſenſus: legittima cōgregatio, iuriſdictionem habens cognoſcendi ⁊ decidendi. De his maxime que ad fidem ⁊ ad vniuerſalem eccleſie ſtatum pertinent.

¶ Dixi aũt vniuerſalis ad differentiã conciliorꝝ prouincialium vel ſynodalium: quorum congregatiōes ſunt particulares ⁊ locales. Hec aũt gñalis concilij congregatio ex vniuerſo orbe colligitur: prout infra in trac. Diſpoſitionis verſi. qui ſint vocãdi declarabimus, ⁊ probat̄.xv.diſt.c.canones.in prin. Jbi ſancti pr̄es in cōcilio Niceno de omni orbe terraꝝ cōuenientes ⁊c. Pro quo eſt bona glo.xvij.di.c.i.que dicit ꝙ vniuerſale concilium eſt: qđ a Papa vel eius Legato: cum omnibus Epiſcopis ſtatuitur.

¶ Subiunxi epiſcoporum: quia ſoli epiſcopi quorum nomine, Patriarche: Primates: Archiepiſcopi: ⁊ ſuperiores omnes prelati intelligunt̄: q de iure cōmuni voces deciſiuam habent in generali concilio. Et ipſi precipue ad illud vocandi ſunt. Niſi aliter videret̄ ſummo Pontifici vel concilio: Qui ipſi inferiores q; prelatos: ⁊ alios etiam laycos habilitare poſſunt ad vocem dandam in ſtatuendo ⁊ decidendo. Prout habetur in dicto diſpoſitionis tractatu verſi. q ſint vocales ⁊c.leg. ⁊ no.xvij.di.quaſi per totũ: Orthodoxoꝝ adieci: ꝙ heretici: ſciſmatici: vel aliter male ſentientes de fide concilium facere non poſſunt: ſed oīno euitandi ſunt ⁊ explodendi: vt patebit ex ſequentibus: ⁊ probat̄.i.q.vij.c.cōuenientibus. Jbi hereſis ſeparat omnem hoīem ab eccleſia ⁊ quaſi ꝑ to. Et.xxiiij.q.i.c.que dignior. Jbi vitanda eſt hereticoꝝ cōmunio fugienda eoꝝ ſynagoga cenſet̄ ⁊c.⁊.c.qm̄ vetus. ⁊ fere ꝑ to. illam qōnem cum duabus ſeq. ⁊ infinitis ſimilibus. Patet ēt in geſtis concilioꝝ antiquoꝝ: vbi ante oīa conuenientes epī fidem catholicam in prima actione ꝓfitebant̄: prout colligit̄ ex geſtis ſeptime ſynodi ⁊ aliaꝝ quas pauloãte vidimus in eccl̄ia Veronē. Quod quidem rationi conuenit. Cum generalia concilia in ſpū ſctō congregari ⁊ eo ſpirante ⁊ ſuggerente cauſas fidei expediri ⁊ in cordibus patrum illorum ipſum reſidere credamus. Sed ipſe ſpūs ſcũs extra vnitatem eccleſie non accipitur.xxiiij.q.i.c.loquitur dn̄s. Nec ligandi aut ſoluendi alios habēt poteſtatem qui vnitatem eccleſie catholice non tenent c.oibus cōſideratis: ea.cauſa.⁊.q. Ergo cum ipſi heretici ſciſmatici: ⁊ cum eccleſia catholica non ſentientes vocales eſſe non poſſint. Vocãdi non ſunt: niſi forte vt corrigant̄ ⁊ errorem ſuum abiurent de con.di.ij. Ego Berengarius. Nã hmōi hereticos ⁊ excōicatos non audit dominus: ſed ab alijs quoq; ſecum ſtantibus ⁊ cōicantibus refugit donec illi eiciantur iuxta illud Joſue.vij.c. hec dicit dn̄s deus Jſrael. Anathema in medio tui eſt Jſrael. Non poteris ſtare coram hoſtibus tuis donec deleat̄ ex te qui hoc contaminatus ē ſcelere. Quinimo non ſolum non debent vocari. Sed potius concilia contra ipſos ⁊ eorum hereſes congregari ⁊ inſurgere debēt: prout ⁊ temporibus priſcis concilia fere omnia congregata fuiſſe legunt̄ principalr̄ ad deſtructiōem hereſium vt ps.xv. ⁊.xvij. di.de ſum.tri.⁊ fide catho.per to. ⁊ alibi ſe

pliſſime. ❡ Cum alijs catholicis addidi. Qꝛ
lꝫ epi ⁊ ſuperiores prelati triūmodo regulari
ter (vt dixi) vocales ſint. Attamē alij quo
que principes ⁊ fideles chriſtiani: ſiue cleri
ci: ſiue layci vocandi ſunt. Preſertim vbi d̄
fide tractandum eſt: vel vbi de cauſis eoꝝ
agendum foret aut vbi eorum cōſilia (Quia
forte viri docti ⁊ eminētis ſcientie exiſtūt)
audienda ⁊ vtilia eſſe poſſent: prout dicet̄
infra in tractatu diſpoſitiōis verſi. qui ſint
vocandi. ⁊ verſi. qui ſint vocales. Nam lꝫ
Papa ⁊ Imperatore vel eoꝝ legatis in conci
lio exiſtentibus. Ibi vniuerſalis totius or-
bis iuriſdictio eſſe cenſeat̄. Omiſſa nunc il
la brocardica indagine. vꝫ: nunquid penes
papam vterqꝫ gladius eſſe dici poſſit. Et ꝓ
pterea ipſe tanq̄ ſūmus Monarcha de cau
ſis oīum tā catholicoꝝ q̄ hereticoꝝ ⁊ infi-
deliū cognoſcere ⁊ decidere valeat: qꝛ domi
ni eſt terra ⁊ plenitudo eius orbis terraꝝ
⁊ vniuerſi qui habitant in ea. Teſte Pſal-
mographo. pſal. xxiij. Et oēs totius orbis
hoīes: qualeſcunqꝫ ſint de ouibus ſint dei:
ſaltem per creationem. Licet non oēs ſint d̄
ouili chri ⁊ eccleſie ipſius: vt ſcribit Inno.
extra de voto. c. qđ ſup his. Tn̄ ſoli catholi-
ci in concilijs diſputare: decidere ⁊ ſtatue-
re pñt (vt dixi) Quia eccl'ia dei que in con
cilio gn̄ali eſſe ſeu per illud repñtari intelli
git̄. Non eſt niſi collectio fidelium de con.
di. i. eccl'ia cuius fundamenta ſunt in mon-
tibus ſctis: hoc eſt in apl'is: quoꝝ typum ge-
runt epi: vt memorat ꝓpheta. pſal. lxxxvj. ⁊
ex. de elec. fundamenta. lib. vj. Quod qdẽ
reſpectu laycoꝝ ꝓbari ⁊ induci poſſe vide-
tur. ex ꝑ aploꝝ cōcilio: actuum ꝑ. in quo nō
ſolum apli. i. epi: ſed et layci interfuere. Nas
vt ibi dr̄ turba erat hoīum fere centum vi-
ginti. Et in ſecunda ↄgregatiōe quā fecerūt
ipſi apli actuum. xv. interfuiſſe legunt̄ ſolꝫ
apoſtoli ⁊ ſeniores. Ex quibus concilia ſub
ſequentia forte formam ſuſceperunt. Legiti-
ma ideo dictū fuit qꝛ niſi ↄcilium per ſum-
mum pontificem vel eius legatum cum mā-
dato ſpāli: ad quem ꝑncipalr ⁊ regl'r illud
congregare ⁊ cōfirmare ſpectat. Aut alias
in ipſius defectum per collegium Cardina
lium: ſeu per imperatorem ⁊ principes catho
licos: vel per patriarchas: primates: archie-
piſcopos, vna cum eoꝝ epis ⁊ ſuffraganeis
⁊ alijs prelatis: ad quos de iure ⁊ ↄſuetudi
ne vel priuilegio ſpectat, ſeu legitime ordine
ſucceſſiuo ⁊ cōgruo ſm ſacroꝝ canonum ⁊
conciliorꝝ priſcoꝝ decreta cōuocaret̄: ſeu ap
probaret: ⁊ auctoritatem reciperet: non ↄciliū
recte dici poſſet: ſed cōciliabulum potius: ⁊
illicita quedā ↄgregatio nuncuparetur: pro
ut latius. J. annotabimus in tractatu diſpoſi
tionis verſi. quis concilium diſponere. Et
hr̄. iij. di. §. porro. xij. ⁊. xvij. di. quaſi per to. ⁊
extra de elec. c. ſignificaſti. cum ſi. Unius cō
ſenſus, non ideo dixi qꝛ opus ſit q̄ omnes
oīno ſtatim q̄ aliqđ ꝓponit̄ vel decidit̄: cō
ſentiant prout demonſtrabimus in. d. tra-
ctatu diſpoſit. verſi. An neceſſarium ſit q̄
oēs congregati ſint pñtes ⁊c. Sed hoc ꝑpea
addidi: qꝛ oīum intentio ⁊ conſenſus tēdit
ac tendere debet ad vnū eundemqꝫ finem:
vꝫ. vt incōſutilem veſtem chri, que ab here-
ticis ⁊ malis xp̄ianis q̄ vē ſciſmatici ſunt.
Scindi querit̄ in fruſtra. xxiiij. q. i. c. qm̄ ve-
tus oriens ab hmōi iniuria ⁊ violenta ſciſ
ſione defendāt: ⁊ in hoc omnes cōueniant:
vt aduerſarios chriſti ⁊ eccleſie ſue ſancte cō
primant: ⁊ in officio chriſtianorum contine
ant: prout colligitur etiam in motiuo ſequē
ti: ⁊ ex. d. §. ſynodus. xv. di. Qui igitur in cō
cilio ſedent ſolum deum pre oculis habere
debent, vultum hominis nō agnoſcere, nec
a dextris vel a ſiniſtris pendere. Sed rectā
chriſti ſtateram in manibus ⁊ in corde ge-
ſtare: cum in loco iudicantis ſedeāt de ſen.
⁊ re. iudi. cum eterni. li. vj. vt merito a chri-
ſto audire poſſint. Beatus es Symon Ba
riona: qꝛ caro ⁊ ſanguis non reuelauit tibi:
ſed pater meus q̄ in celis eſt. Matthei. xvj.
c. ❡ Congregatio propterea addidi: qꝛ in
votis dandis: ſeu ſententijs eorum proferen
dis non debent eſſe diſperſi, ſed in vnū cō-
gregati, ꝑut latius dicet̄. J. in. d. vſi. an neceſ
ſarium ſit: ⁊ miſtica qdẽ rōne: qꝛ ſicuti cre-
dentium eſt cor vnum: aīa vna: ⁊ vnius ec
cleſie: xp̄i ſpōſe: corpus vnum: ⁊ fides vna:
vt hr̄ actuum. iiij. ⁊. xxiiij. q. i. loquit̄ dn̄s.
Ita dꝫ eſſe vna concors congregatio, prout
mō ſupra dicebamus. Et hec qdẽ conclu-
ſio. vꝫ. q̄ collegia. vniuerſitates ⁊ capl'a ī ne
gocijs preſertim arduis: ⁊ vbi ea que tractā
tur ⁊ decidunt̄, conſcientiaꝝ ⁊ iuris ſpecu-
latione indigent: conſenſus in cōmuni pſta
re debeant: ꝓbat̄ per glo. ⁊ doc. in. c. cū oēs.
de conſti. vbi per Abba. Panor. ⁊ alios ⁊
per Inno. ⁊ ſequaces. in. c. in geneſi. ⁊ in. c.
auditis. de elec. ⁊ in. c. cum in eccleſia ſutrina.
de cauſa poſ. ⁊ ꝓprie. per Bar. ⁊ legiſtas. in
l. omnes populi. ff. de iuſti. ⁊ iur. ⁊ ꝑ Neo-
tericos

tericos.extra de of.ordi.in.c.irrefragabili.
et alibi. Juriſdictionem hn̄s ſubdidi: per
ea que dicam in tractatu ptātis.vſi.quam
iuriſdictionem hēat concilium: qꝛ vt pau-
loante dicebam concilium legittime cōgre
gatum:et p̄ſertim vbi Papa et imperator
interſint:eoꝝ cēm et totius orbis vniuerſa
lem iuriſdictionem hr̄e cenſet: eidemqꝫ nō
ſecus parendum et obediendum eſt: qꝫ ſa-
cris euangeliis:qꝛ(vt dixi)que ibi diſpo-
nunt et ordinant:a ſpū ſcō dictata cenſent
prout congruo loco demonſtrabitur:et cō
cluſio p̄dicta colligi vr̄ per tex.et no. in al-
le.c.canones.et ſeq.xv.diſt.et alibi.De his
maxime que ad fidem et ad vniuerſales ec-
cleſie ſtatum ſpectant: poſtremo ſubiunxi.
Quia ls concilium de oibus cauſis q̄ con-
tra quoſcunqꝫ ibi promouent: cognoſcere:
ac decidere poſſit:qꝛ ibi(vt dixi)vniuerſa
lis totius orbis reperit iuriſdictio. Atta-
men cum pro grauioribus fidei et eccleſie
negociis vt plurimum congregari debeat.
Alieqꝫ cauſe minores iudices ſuos hēant
ordinarios qui de p̄miſſis cognoſcere poſ
ſint:non vr̄ cōueniens ꝙ de aliis q̄ꝫ de p̄-
miſſis vel ſilibus eque arduis ⁊ grauiſ-
ſimis negociis concilium ſe impediat:niſi
aliud neceſſitas cogeret vel vtilitas ſuade
ret. Et ꝓpea addidi maxie. Et de hac qdē
concluſione latius tractat.J.in tract.ptātis
verſi. que cauſe tractari ⁊ expediri poſſint
in cōcilio:hētur leg. ⁊ no.xvij.di. multis.
xviij.diſt.de conciliis iuncta. glo.ij. exten-
dendo tex. de minori ad maius: qꝛ loquit
de concilio ꝓuinciali:vt hr̄ ibidē in.c. ha-
beat ⁊ in.c.per eccleſiaſticas : ergo fortius
in gnāli: p̄dicta aūt ꝓbant lateqꝫ ponunt:
in.c.ſi papa.xl.di.vbi bona glo.et in.d.c.ſi-
gnificaſti.de elec.et alibi ſepe. Auguſtinus
vero in lib. de vnico baptiſmo ſolum per
cām mālem diffiniendo dicit: conciliū ge-
nerale eſſe qḋ celebrat conuocatis epīs vel
vniuerſo orbe.glo.aūt.d.c.i.xvii.di.diffini-
endo per cām mālem et efficientem dixit.
Concilium vniuerſale eſſe qḋ a Papa vel
eius Legato cum oibus epīs cōſtituit. Et
ꝓpterea qdam Neoterici theologantes cō
p̄hendendo q̄ttuor cauſaꝝ gnā ſm ea que
tradunt in p̄ de aīa diffinierunt cōcilium
generale eſſe ordinatam ꝯgregationē oīu
epoꝝ per eum qui pōt: ad bonum eccleſie.
Que pro maiori parte cōueniunt cum di-

cta diffinitione noſtra: licet non ita plene
euacuent requiſita oīa : vt patet ex p̄miſ-
ſis et ſequentibus. Aliter tamen conciliū
capere et diffinire conſueuerunt legiſte p̄e
ſertim in rubrica. ⁊ in.l.i.et fi.C.de vindic.
liber.et apud concilium.manumiſ. licet in
aliquibus conueniant. Ibi enim de mente
glo . in. d.l.i. concilium capitur pro p̄ſi-
dentibus in concilio ſeu pro collegio hn̄te
iuriſdictionem volūtariam :eāqꝫ exercen-
te de voluntate partium:ſicut eſſet in ma-
numiſſiōe ſeruoꝝ:vnde Saly. in dcā rub.
dicit ꝙ quo ad manumiſſionem apud cō-
cilium de qua ibi loquit per viaꝫ cuiuſdā
ſimilitudinis ꝓcedit.qꝛ(vt inqt ipſe)con
cilium eſt ꝯgregatio ꝓboꝝ viroꝝ pro de-
claratione alicuius rei faciēda ſuper eā de
liberate ſtatuendo : ſed idem Saly. in.l.i.
C.de ſacroſan.eccle.in.i.col.dicit ꝙ ꝯcilium
eſt congregatio ſcōꝝ p̄rum in vnum p ſū-
mum pontificem conuocatoꝝ ad aliquid
ſtatuendum ⁊ ꝓuidendū. Et paulo.J.in.ij.
col.ſubdit ꝙ ls concilium ibi capiatur pro
collegio clauſtralium.Tamen ꝙ ex more ⁊
vſu loquendi congregatio ſanctorum pa-
trum:quam dominus Papa mandat fie-
ri:⁊ in qua intereſt:vt aliquid ſtatuat ⁊ or
dinetur ſuper obſeruatione ſpectātium ad
vniuerſalem eccleſiam dr̄ concilium elegā-
tiori nomine ſumpto: ⁊ illa quam faciunt
epiſcopi vocatur Synodus. Bald.vero in
d.l.i.C.de vindic.liber.apud con.ma. in pri
ma col. dicit ꝙ concilium interdum po-
nitur pro multitudine legitime adunata ⁊
congregata auctoritate ſuperioris . Inter-
dum ponit pro p̄ſidentibus concilio ſm
glo.ibi interdum ponit pro loco concilij.l.
penul.ff.de iuſti.⁊ iur.extra de iudi.c.i.Ex-
pediebant enim inquit ipſe quidam actus
volūtarie iuriſdictionis in concilio vt ibi
ſm pace tātorum didaſcalorum dictum ſit
mihi videt ꝙ nullus ipſorum in ſuis diffi
nitionibus euacuet diffinitum : prout ex
p̄miſſis cuilibet ſenſato conſtare poteſt:
⁊ melius clariuſqꝫ conſtabit in progreſſu.
Nec mihi probat tex.in.d.c.i.ḋ iudi.ꝙ ibi
concilium accipiatur pro loco concilij:licet
tex.in.d.l.penul. dicat ius aliquando locū
in quo ius redditur appellari: qui pro ar-
gumento in ſimili ad dictum Bal . indu-
ci poſſet. Et hec quidem quo ad primum
queſitum noſtrum ſufficiant:quicquid alij

circa hoc ſcripſerint.

Concilium vnde dicatur.

Vnde dicatur concilium: qđ a grecis ſynodus nuncupatur: Idem Iſidorus eodem ethimologiarum lib. viij. c. xiiij. in ſi. ⁊ in prefatione libelli conciliorum ac Gratianus poſt eum tranſumptiue. xv. diſtin. §. ſynodus more ſuo declarat dicēs. Concilium a cōmuni intentione dictū eo ꝙ ibi congregati in vnum dirigant cōem mentis obtuitū: nam vt inquiūt ipſi cilia oculorum ſunt: ac ſi inferre vellent ꝙ a con ⁊ cilium dicatur concilium eo ꝙ omnium aſſidentium cilia in vnum conueniāt: ⁊ ad vnum effectum dirigant: pro quo adduci pōt in arg. l. i. ff. de pac. §. conuentionis. ibi nam ſicuti cōuenire dicunt qui ex diuerſis locis in vnū locum colligunt ⁊ veniunt. Ita qui ex diuerſis animi motibus in vnum conſentiunt vel in vnam ſniam decurrunt. Unde ſubdunt pdicti ꝙ qui adinuicem diſſentiunt concilium agere non dr̄: qꝛ non conſentiunt in vnum: ſeu etiaꝫ ſm eos ꝯcilium dr̄ quaſi conſilium a cōi intētione: ⁊ conſiliuꝫ quaſi cōſidium. d. in. l. lrām tranſeunte. Et propterea cum ipſis dicebat ēt Aug. in. d. c. canones. quē refert ⁊ ſequit Archidi. ibi ꝙ cōcilium dr̄ a con ⁊ cilium: qꝛ ibi homines congregant ⁊ ꝯueniunt: ſicut cilia: dum oculi claudunt: vel ſm eum concilium dr̄ a verbo concio. cies. qꝛ ibi plures conciuntur .i. cōuocant ⁊ congregant. Quos ſequi videtur Saly. in. d. l. i. C. de ſac. ſan. ec. in. ij. col. verſi. ad apparatum accedo allegando Aug. dicentem: ꝙ concilium eſt adunatio gentium: ⁊ ꝙ componit ex con ⁊ cilium: ⁊ ꝙ dictio con: ſimultatem notat: ⁊ cilium idem eſt qđ ordo pilorum: ⁊ ſicut inquit cilia conueniunt: qn̄ oculi qeſcere volūt. Ita homines coniungunt in concilio: vnde dicit ipſe concilio. as. idem eſt: qđ concordo. as. ⁊ cōiungo. gis. quaſi conciliare ſit idem qđ animos varios aut contrarios in vnum coniungere vel concordare. Varroni autē lingue latine patri optimo ⁊ dfenſori acerrimo. Licet in qbuſdam ſui ipſius ⁊ gētis ſue ſtudioſus nimis videatur. Concilium a coactione deſcendere diciqꝫ placuit. Ego vero ſi latinum hoc eſſe concedit cum illis magis ſentirem: qui cōcilium a con ⁊ cio: cies: qđ eſt voco deriuant: fretus auctoritate Maronis qui ſe ipſum ⁊ nominis deriuationem declaraſſe vr̄ dum inquit. Conciliumqꝫ vocat diuum pater atqꝫ hominū Rex. Qđ concilio nr̄o dum a ſummo pōtifice conuocatur: optime cōuenire poſſet: cum ipſe ⁊ diuum ⁊ hominum pater vocetur in terris. Qđ ſi forte cōcilium a con ⁊ cio deriuando l. lr̄a grāmaticum altiora ſcrutantem offendit. Si venia dabitur: vt nomen iſtud verbale faciamus Tunc omiſſis deriuationibus omnibus antedictis que ꝓpetatem ſignificationis non attingunt: nominis: vt ita dixerim: quiditatem: ꝓpetatem ⁊ effectus importantias attendentes: qđ magis diffinitioni ⁊ deriuationi conuenire dignoſcat. Cum imperfecta nimiſqꝫ ieiuna illa videat deriuatio: que ſue diffinitioni nō correſpondet. Mihi facillime perſuaderi poſſet. Conciliū potius a concilio: as: qđ eſt demulcere: amiciciam ⁊ beniuolentiā inire: ⁊ veteres amicos qui forte defecerant in priſtini amoris concentum deducere: qđ maxime procedit in concilijs nr̄is. In qbus ante oia hereticos: ſciſmaticos: ⁊ eos q ab imaculata fide chr̄i receſſerāt: humaniter benigneqꝫ corrigimus: ⁊ fidei orthodoxe mirum in modum conciliamus: niſi relapſi pertinaceſqꝫ ſint: ⁊ in profundum malorum deſcendere velint: vt chriſtiani omnes vnum ſint miſticum corpus in fide: in gratia: in amore: quēadmodum in ſancta trinodi numinis trinitate vnitas eſſe creditur. extra de ſum. tri. ⁊ fid. catho. c. damnamus. ibi: cum ergo veritas pro fidelibus ſuis orat ad patrem. Volo inquiens vt ipſi ſint vnum in nobis ſicut ⁊ nos vnum ſumus: hoc nomen vnum pro fidelibus quidem accipitur: vt intelligatur vnio charitatis in gratia. Et hanc ſentētiam meam comprobare poteſt tex. concilii Niceni. xviii. di. in. c. habeat. ibi vt oībus: ſi que ſunt: ſimultatibus amputatis: cum multis ſi. Nec mihi tunc diſpliceret ꝙ verbum concilio a ciliis deduceret tanqꝫ a primitiuo: qđ nā preceſſiſſe ꝓmonſtrat: hac potiſſimum rōne: qꝛ vt inquit Pli. nr̄ Veronenſis. li. xi. ca. xxxvii. Cilia ⁊ ſupercilia hoī ſunt pariter ⁊ alterne mobilia: ⁊ ī his pars animi exiſtit. Negamus

gamus: an annuimus: hec maxime īdicāt: faſtus. Superbiaqʒ alibi conceptaculum: ſed hic ſedem hʒ: in corde naſcit̄: hic ſubit: hic pendet. Nihil altius ſimul abruptiuſqʒ inuenit in corpore: vbi ſolitaria eſſet. Cum ergo cilia ⁊ ſupercilia animi paſſiões ⁊ indicia atteſtari ſoleāt. Quia ſi lepide venuſteqʒ demiſſa fuerint philantropian ⁊ humanitatem quandam pre ſe ferunt: que et aduerſarios quoſcunqʒ nobis: ea manſuetudine conciliet. Si vero econtra frōte caperata contorto obſcuroqʒ vultu: turpiter ⁊ illepide compreſſa ſint: indignabundum atra bile pcitum: ac oībus fere ingrati animi indicium demonſtrant. Qḋ ſi fronte ſurſum elata: rugiſqʒ ſuffarcinata: cilia ipſa extollant̄: ſeueritatem: faſtum: ac ſuperbias tumentemqʒ animum indicant. Unde ſupercilium a pleriſqʒ nuncupat̄ vt in obſcenis priapeis legitur. Conueniens latio pone ſupercilium. Et apud Juuenalem. Si cū magnis virtutibus afferꝭ. Grande ſupercilium: ⁊ numeras in dote triumphos: ⁊ apud Martialem in ꝓ. Terraꝝ dn̄m pone ſupercilium: apud Ualerium quoqʒ maximum legimus Cenſorium ſupercilium: ex quibus liquido conſtare pōt: Concilium a concilio verbo non incōcinne poſſe deriuari: ⁊ verbum concilio ab ipſoꝝ cilioꝝ mānſuetudine dū in eis aī ꝯciliatio: q̄ſi imaginario quodā in ſpeculo ꝯſideraꝛ̄ ⁊ inſpicit̄ non ab re vel incongrue poſſe deduci.

¶ Synodus vero que a grecis σύνοδος appellatur a σύν quod eſt ſimul καὶ ὁδὸς via vel a verbo συνοδοιπορῶ. quod eſt comitor. ris. vel conitineror: eo ꝙ ad ſynodum proficiſcentes conueniant: concomitenturqʒ. Jnde ⁊ συνοδία. comitatus dr̄: qḋ placere etiam vr̄ Jſidoro in ꝑfatione libri concilioꝝ vbi dixit ſynodum ex greco interꝑtari comitatū vel cetum. Uerum q̄m hec quoqʒ deriuatio eandem ſn̄iam aſtruere vr̄: que ingrata eſt: magis placeret ꝙ ſynodus a σύν. quod eſt ſimul. καὶ ᾠδή. cantus deduceret̄. vt dici forte poſſet ſynodus quaſi concors concentus ⁊ harmonica quedam conciliatio. probat tex. i. q. vij. c. cōuenientibus. ibi. Si vero ſynodalis conſonantia ⁊c̄. Qua qdem ratione adducti Nos quoqʒ libellum hūc noſtrum ſynodiam Uagoniam appellari non ab re (vt arbitror) decreuimus. Cum in eo ſynodoꝝ concentum proſequi dn̄o concedente in animum induxerimus.

Quotuplex ſit concilium.

QUotuplex ſit ꝯcilium. glo. xvii. di. in ſum. Tres diuerſas concilioꝝ ſpecies attingendo hoc annotaſſe videtur dum inquit ꝙ concilioꝝ quedam ſunt vniuerſalia: quedam particularia ſiue prouincialia: quedam epiſcopalia. Epiſcopale eſt cum eꝑs annis ſingulis celebrato concilio prouinciali: poſt ſex menſes. Abbates oēs ſue dioceſis ſi cauſa ſubeſt. Necnō presbyteros: diaconos: atqʒ clericos: ſeu etiā oēm conuentum ciuitatis ipſius vbi preeſſe dignoſcit̄. Ac etiam cunctā dioceſim ſeu plebem aggregat: ⁊ coram eis pleniſſime oīa refert: que eodem anno in concilio generali: vel prouinciali: acta diffinitaqʒ fuerunt. Et plebanos ac parrochiales ſacerdotes ſuos: ſi placet: rationem reddere cogit: qualiter ſuſceptum officium celebrent: vel baptiçent. Et hec facere negligens vel paruipendens. Sententia excōicationis duoꝝ menſiū curriculo vulneraꝛ̄: vt dicit tex. formalis. xviii. diſtin. c. decernimus. iuncto. tex. xxxviii. di. q̄n. in ſi. quo ad penultimas notam: cum qbus concordare vr̄. tex. extra de accuſa. c. ſicut olim in ſi. Dixi cū eꝑs: qꝛ nemo in ſua dioceſi ſynodum cōgregare poteſt: ſine eo vel ipſius auctoritate: prout notabiliter dicit gl. ſum. xvij. di. ꝑdicta. Que in ſi. ſubdit ꝙ eꝑs dictam ſuam ſynodum poteſt ſine auctoritate Metropolitani ſui facere. alle. xxxviij. di. q̄n. ⁊. xij. q. ij. placuit. Quod autē iſtud quoqʒ eꝑale ſicut ⁊ vniuerſale ⁊ prouinciale appellari poſſit concilium: probat gl. ſi. in. d. c. q̄n. alle. xviii. q. ij. abbates. xij. q. ij. d. c. placuit. ⁊. xviij. di. propter. ⁊. c. placuit. Sex menſium terminum eꝑo prefixerunt canones: vt interim clerū ⁊ populum cōmode conuocare et res ſuas cōponere poſſit: que forte prolapſe fuerant: eo intermedio tp̄e quo ipſe in concilio fuerat prouinciali. Nec illi ſex menſes ſtatim poſt celebratum et diſſolutum concilium ꝓuinciale currere incipiunt: ſed de his ſubducitur tempus quo eꝑs ipſe redire potuit ex concilio qꝛ interim cenſet̄ impeditus: ſm̄ doc. in. d. c. decernimus. ar. extra de cōceſ. preben. qꝛ diuerſitatem. ff. ex qbus cauſis maio. l. ſi cui. et l. qui mittuntur.

¶ Quod de Abbatibus dictū fuit: ſi cauſa ſubeſt non ab re dr̄: qꝛ dubitat̄ nunquid

in ſi. xxv. q. i. ſunt qdã. xl. di. ſi papa: ꝓbatˀ ẽt
d. xv. di. in. c. canones. ꝛ in. c. ſancta. cum ſi.
¶ Eſt tñ aduer. ꝙ hereticus multiplr̃ quis
in iure appellatˀ:qñq;. n. ſtricte:ꝛ qñq; late.
Sed quo ad ꝓpoſitum nr̃m. Hereticus ꝓ
ꝓrie ꝛ ſtricte dr̃ ille:ſm̃ Augu. in lib. de vti
litate credendi. Quem refert ꝛ ſeqtur btũs
Thomas. ſcḋa ſcḋe. q. xj. art. ꝓ. Et Hoſti. in
ſum. in ti. de heret. lʒ eum non nominet: eſt
ille qui falſam de fide opiniones vel gignit:
vt Sabellius: Macedo. vel ſeqtur vt Ma-
cedoniani: Sabelliani ꝛc. xxiiij. q. i. hec eſt fi
des. ꝛ. q. iij. hereticus. ¶ Nã vt inquit idẽ
Hoſti. ibi. Quilibet apoſtatando a fide in
ſpm̃ ſcm̃ peccare vr̃. xxiiij. q. iij. hereticus. ꝛ
qui gignit hereſiarcha vocatˀ: vt Arrius vñ
Arriani: vt ea. cã. ꝛ. q. c. qdam aũt ꝓ ſabellia
ni ꝓ macedoniani. ꝛ ꝓ arriani. iuncto. c. qui
alioꝝ. ¶ Unñ Theodoſius Imꝑator. C. ḋ he
reti. l. dãnato. ſtatuit vt ſerui qui aſſerendo
vel diſſerẽdo ſcelus dñi imitarentur: eius
vocabulum merito ſortiantur, imo ẽt q cir
ca fidem dubius eſt: hereticus ꝓꝓrie appel
latur: vt ex̄ de hereti. c. i. ¶ Intellr̃ tñ dubi
us: qui determinate ꝑſiſtit in dubio: ſecus
v̊o ſi non determinate: ſed cum dolore cor-
dis heſitando, veritatem indagare tẽtat: vt
ibi no. ¶ Largo aũt ſumpto vocabulo he-
reticus dr̃ ille: qui ſacrã eccleſie peruertit: vt
ſymoniacus. i. q. i. bñdictio. ꝛ. c. eos qui per
pecunias. ꝛ c. quiſquis pecunia. ꝛ. vij. q. i. lʒ:
Item qui errat in expoſitione ſacre ſcriptu
re. xxiiij. q. i. hereſis. Et qui confugit ad no-
uam ſectam. Item qui rõne honoris vel cõ
modi tꝑalis falſas vel nouas opiniones gi-
gnit: vel ſeqtur. xxiiij. q. iij. hereticus. Item
qui male ſentit de ſacris eccleſie: de hereti.
ad abolendam. Item qui priuilegia eccleſie
auferre conatur. xuij. di. oẽs. Itẽ qui non eſt
membrum Ro. eccleſie: vt in auc. de priuil.
dot. hereti. mulier: non ꝑſtandis. Item qui
non credit determinationes q̃tuor ꝑncipa
lium ꝯcilioꝝ. C. de hereti. l. quinq;. vñ. igr̃ ſa-
cram cõionem. colla. viij. facit. xv. di. ſicut.
Et ſm̃ glo. extra de heret. firmiſſime ille dr̃
hereticus: qui ſe ab vnitate eccleſie ſcindit.
vij. q. i. deniq;. Item oĩs excõicatus. iiij. q. i.
qḋ aũt hi. ſm̃ Hoſti. vbi. ſ. Item qui tranſ-
greditur ꝑcepta ſedis apl̃ice. xix. diſt. nulli.
Item qui vult contrauenire decretalibus
epl̃is apl̃icis. xix. di. nullos. Et qui eas nõ re
cipit. xx. di. de libellis. cum pari iure cenſeã-
tur decreta ꝛ decretales. xix. di. in ſi. Et dr̃
ꝙ pctm̃ paganoꝝ ꝛ infidelitatis: eſt ꝑceptis
apl̃icis cõtrauenire. lxxxj. di. qui ſunt ꝓ Dei.
Hereticoꝝ aũt dñia cognoſcitur in ꝑn̄: ꝛ in
fine: qḋ eſt in rõne ꝛ voluntate. Nam rõci-
natio hoc eſt heſitatio de aliquo art.ꝰ in ꝑn̄ꝰ
rõcinando nõ dr̃ ꝓꝓe ꝛ ſtricte hereſis. Sed
voluntas fixa ſtabilis ꝛ deliberata que eſt
in fine tenendo illud qḋ non tꝫ ſcã Mater
eccl̃ia: maxime circa articulos fidei: eſt ꝓꝓe
ꝛ ſtricte hereſis: cum ꝑtinaciter a fide deui
et. Secus tñ eſſet ſiquis erraret in his que

explicite credere nō tenet. Ut ſiqs crederet Abraham fuiſſe imediatum prēm Joſeph vel qd ſile. Et circa hoc crederet vitatē ſcripture ſic ſe hēre. Et idem ēt dōm eēt: vbi varie eſſent doctorꝫ opiniones: ſup vno articulo, nondū ab eccīa dterminato: vt fuit de conceptione btē Uirgis: qꝫ .ſ. ꝯcepta fuerit vel non in pctō originali. Tunc.n. credēdo quā partē vult: non dicet̃ hereticus, donec diffinitiue ab eccīa dterminatū fuerit: qꝫ alr credentes ſint heretici ⁊c. ¶ Et hec qdem dicta ſufficiant: ad euidentiam dicte prime cāe. Per quā regulr̃ ⁊ gnālr̃ ꝯcludit̃: qꝫ ſi papa eēt hereticus: vel alter qſpiaꝫ: ⁊ talis hēſis eēt ſtricta ⁊ iam dānata: vel nōdum eēt dānata. Sed talis per quā papa vel aliqui xp̄iani deuiarent a vitate articulorꝫ fidei: qꝫ tunc concilium gnāle neceſſario congregandum foret. Cum nulla ſit potior cā vel rō congregandorꝫ conciliorꝫ: qꝫ rō fidei ꝓut legi. ⁊ no. in. d. c. ſi papa. xl. diſt. xv. xvi. xvij. xviij. ⁊. xix. di per to. ⁊ in. c. ſignificaſti. extra de elec. ⁊ ꝓbat̃ aperte. xcvj. diſt. nos. Ibi. Synodo intereſſe volumus: vt vitate inuēta non vltra multitudo prauis doctrinis atracta diſcordet, ⁊ in. c. vbi nā. Ibi niſi forte in qbuſdam: vbi de fide tractatus eſt: que vlis eſt, que oīum cōis, que non ſolū ad clicos: verꝫ ēt ad laycos: ⁊ ad oēs oīno ꝑtinet xp̄ianos. Et ſiqn concilio ⁊ alibi: de fide diſputari poterit: cōtra id qđ dr̃. xxiiij. q. iij. cum qbus. C. de ſum. tri. l. nemo. ⁊ extra eo. dubius. Ubi dr̃ qꝫ diſputare non lꝫ de fide: ⁊ qꝫ dubius in fide hereticus dr̃. Sed intellige qꝫ diſputari non pōt: dubitando: qđ ꝓbat tex. in. d. c. dubius. Sed nō dubitādo: ſed potius cōfirmādo bene diſputari pōt: vt in. d. c. nos ad fidem. ⁊ in. c. ſatis. xcvj. di. C. de epiſco. ⁊ cle. gn̄. ⁊. xxiij. q. vj. vides.

¶ Sciſma.

SEcūda cauſa huic ſimilis eſt: cā ſciſmatis: ſiue ſit in capite: ſiue ſit in mēbris: ꝓut ꝫ dcm̄ fuit de hereſi. ¶ Sciſma aūt ſm Hoſtien. in ſum. eo. ti. eſt illicita diuiſio: per inobediētiam ab vnitate eccleſie facta: vt. xxiiij. q. iij. c. inter hereſim ⁊ ſciſma. Ubi dr̃ ad lrām. Hoc itereſſe arbitror qꝫ hereſis peruerſum dogma hēat poſt ep̄alem deciſionē ab eccleſia pariter ſeparat. Qđ eqdem in pn̄ꝰ aliq̄ ex parte intelligi pōt diuerſum: ceterꝫ nullū ſciſma eſt: niſi ſibi aliquā hereſim cōfingat: vt recte ab eccīa receſſiſſe videat̃. Unū vt inquit gl. ibi dici pt qꝫ hec ſit dr̃ia inter hereſim ⁊ ſciſma: que eſt inter diſpōnem ⁊ habitum. Primo.n. dr̃ ſciſma: ſed cum paulo poſt opinioni ⁊ ſecte ſue ꝑtinaciter adheſerit: dr̃ hereſis. Naꝫ oīs hereticus eſt ſciſmaticus: ſed non ecōtra Ideoqꝫ ſciſmatici volentes eccīam dei diſcindere peccant in fide: quo ad articulos illos. Credo i ſpm̄ ſcm̄ ⁊ in vnam ſcām eccīam catholicam. xxiiij. q. i. aduocauit cum quatuor capl̄is ꝑcedentibus ſm Hoſti. Sciſma aūt in ſciſſuram ſonat: cum nihil aliud ſit qꝫ diuiſio ⁊ ſciſſio integritatꝫ ⁊ vnitatꝫ fidei. xxiiij. q. i. c. ſciſma. Sciſmatici vō corpus xp̄i. i. ſcām eccīam dei lacerant. Unde ꝑ laycos compmi debēt. xxiij. q. v. c. de liguribus: vnitatem fidei diuidere tentando. xxiiij. q. i. c. aduocauit. ⁊. c. vbi ſana fides. Nam ſciſmatici dn̄r xp̄i veſtem inconſutilem ⁊ indiſciſſam in fruſtra diſcerpere. ea. cā. ⁊. q. c. gn̄. xvj. q. vij. ſic din de. Sciſma aūt hoc caſu pōt duplr̃ intelligi ⁊ conſyderari in eccīa eē. vꝫ. in mēbris cū aliqui xp̄iani repiunt̃: vt nunc quoqꝫ ſunt Greci ⁊ Boemi: qui ab vnitate orthodoxe fidei: ⁊ ab eccīa Ro. ſe ſcindunt: vel in capite: vt cum duo vel plēs reperiunt̃ pontifices: qui de papatu contendunt. Et vtroqꝫ caſuū ꝑdcōrꝫ cōcilium ꝓcul dubio conuocari dꝫ: vt fidei vnitas reintegret̃. Et quoad primum ꝓbari pōt ſic: de cōnexis idem dꝫ eſſe iudicium: qđ de ꝑncipali. ex̃ de conſti. c. tranſlato. ⁊ in. c. qꝫto de iudi. ⁊ de dona. inter virꝫ ⁊ vxo. c. de prudentia: ſed nutrire ⁊ ꝓfouere ſciſma in eccīa dei eſt ſile: imo idē fere crimen qđ hereſis: qꝛ idem quaſi eſt: cū per hoc eccīe vnitas ⁊ fidei integritas diuidat̃. xxiiij. q. i. c. non afferamus cum iuribus ꝫ alleg. facit tex. xij. q. i. teneamus. extra de hereti. firmiſſime. ibi. oēm hereticum ⁊ ſciſmaticum ⁊c. per quem tex. no. Abb. pa. ⁊ ſcribentes. ibi. qꝫ hereticus ⁊ ſciſmaticus cōparant̃: qꝛ ſciſma non eſt ſine hereſi: cum ſciſma ſonet in diuiſionem: alleg. tex. xxiiij. q. iij. c. inter hereſim. Et ſm ipm̄ hoc eſt regulare. Qđ tn̄ fallit 2ᵐ cum in dicente ſe eſſe papam ⁊ alium antipapam. Nam iſti duo contendentes de papatu: niſi in alio hereticali errore eſſent: non ſunt heretici. Unū hoc caſu ſciſma eſſet ſine hereſi: qꝛ quilibet credit vnitatem eccīe ⁊ eccīas eſſe apud ſe: vt

dicit

dicit glo. ſingulr. xxiiij. q. i. c. i. Et idem dicē
dum aſſerit de credentibus eiſdem: vt. ſ. cre
dentes vni eoꝝ nō dicanť ſciſmatici ex quo
credunt vnam ecclīam: quam dicunt conſi
ſtere apud illum ſuum pontificem: ſecus ſi
crederent: quēlibet contendentium eſſe pa
pam: q2 tunc ꝓꝓe heretici eſſent ⁊ ſciſmati
ci: diuiderent. n. ecclīam ⁊ venirent contra
articulum ſymboli: ⁊ vnam ſcām ecclīam.
Et ſic intelligi debere dicit glo. no. vij. q. i.
c. non aūt. Sed qcquid dixerit Abb. panō.
Ego dicerem q ſi duo fuerunt electi ſimul:
⁊ eſt contentio iter eos: ⁊ viſilr dubitať: qs
eoꝝ ſit verus papa, q2 forte vnuſquiſqꝫ eoꝝ
contendebat ⁊ concurrebat in votis dn̄oꝝ
Cardinaliū aſſerendo ſe a duabus ꝑtibus
collegij electum fuiſſe. Iuxta. tex. in. c. lꝫ. de
electione. Et ex hoc vel ex alia apparente cā
ambo ꝑſeuerant in papatu ſe excuſando ⁊
aduerſarium criminando: q ſit antipapa:
⁊ q ipſe ſolus ſit verus papa. Cum in hoc
videať manifeſta ſciſſura in fideivnitate: ⁊
certum ſit vnicum tm̄ dēre eē papā: qđ de
clarare vel declarari facere non curāt ipſi.
Tunc iſti ambo crimen ſciſmatis manife
ſte incurrunt. d. c. non auferamus. ⁊ c. iter
ſciſma. vij. q. i. nouatianus. in fi. ⁊. xxiiij. q. i.
didicimus. ⁊. q. v. non vos. Et non eundo
per mendicata ſuffragia: dico q de hoc eſt
tex. iuncta glo. ſua. lxxix. diſt. in. c. ſi duo. vbi
dr̄ ad lr̄am: nullum eoꝝdem contendentiū
in ſede ꝑmanſuꝝ: ſed illuꝫ futuꝝ papā ques
ex numero clicoꝝ noua ordinatiōe: diuinus
iuditiū ⁊ vniuerſitatis conſenſus elegerit.
Bene tn̄ fateoꝛ q ſi clare conſtaret: vnum
eoꝝ ꝓ et legitime fuiſſe electum. Et 2°. loco
alteꝝ a qbuſdam forte electus fuiſſe: put cōti
git tpe Urbani ſexti: q dicto caſu agendus
tm̄modo foret: cōtra illum: 2°. loco intruſus
tanqꝫ contra apoſtaticum. Et ille ꝓ canoni
ce electus in ſede ſua confirmādus eēt. Ad
qđ faciūt bona iura inducta per Oldra. in
hoc ꝓpoſito conſilio ſuo. lxv. incipit hic agi
tur de duobus ⁊c. Talis. n. itruſus dꝫ ana
thematiçari: et humano auxilio ab aplica
ſede depelli: vt ingt tex. lxxix. di. c. ſiquis pe
cunia. iuncta eius glo. Redeundo ergo ad ꝓ
poſitum nr̄m et ad argm̄ de quo. ꝫ. Si ꝓ he
reſi pōt papa lꝫ vnicus et legitime electus ⁊
introniçatus a papatu deponi per conciliū
ergo et pro ſciſmate qđ ab illo non diſcre
pat: cum pariter ſcandaliçetur ecclīa et i pi
culum manifeſtū inducať. Et ꝓ hoc bn̄ fa

cit q no. Hoſtiē. in ſum. in ti. de ſciſmate §.
qua pena. vbi dicit q lꝫ crimē hereſis ma
ius ſit nouo ſciſmate: tn̄ ex quo ſciſma iudi
catum et cōfirmatum fuerit qđ idem ē cri
men et q vtriqꝫ eadem eſt pena infligen
da. Et rō eſt q2 hr̄ſis in ſui ꝑn°. hꝫ ꝑuerſum
dogma: qđ non hꝫ ſciſma: ſed ſi ſciſma ꝑdu
rat: cadit in hereſim: q2 tunc fingit ſe ab ec
cleſia recte receſſiſſe, et ideo cenſetur hereti
cus. xxiiij. q. iij. inter ſciſma: et ſic peccāt in
illis articulis. Credo in ſpm̄ ſcm̄ et vnam
ſcām ecclīam: ſm eundē Hoſti. vbi ſupra §.
et vn̄ dicatur: de quo fidei articulo hr̄. vij.
q. i. non aūt. cum ibi no. Et ꝑ hec infertur ⁊
concluditur ēt quo ad ſcđam ꝑncipalē con
ſyderationem et cām. vꝫ. cum ſciſma eſt in
capite hoc eſt in papa mō ꝑmiſſō. De quo
etiam articulo dictum fuit. ſ. in tractatu di
ſpoſitionis in tertia fallentia. vbi vide.

Sede apoſtolica vacante.

TErtia cauſa eē poſſet: vbi ecclīa
Ro. eēt paſtoꝛe viduata et Car
dinales oēs eēnt mortui: hereti
ci, ſciſmatici: vel alr̄ incapaces
et inhabiles notorie: ſeu ēt qte
nus habiles eēnt: conuenire vel concorda
re modo aliquo non poſſent in eligēdo pa
pam vnicū: ſeu ēt vbi pl̄es in diſcordia nul
liter elegiſſent: vel vbi concilium papā pa
patu ꝑuaſſet: ac Cardinales oēs inhabiles
iudicaſſet. Tunc. n. ſtante hac fluctuatione
in eccleſia dei: concilium niſi cōgregatuꝫ eēt
congregari poſſet et deret ꝓ tali electiōe fa
cienda: ſingula ſingulis congrue referēdo:
pro quo facit tex. et que le. et no. in. c. ſi duo.
lxxix. di. ibi ſed illum in ſede aplica ꝑman
ſuꝝ cenſemus: quē ex numero clericoꝝ no
ua ordinatione. Diuinum iudicium et vni
uerſitatis conſenſus elegerit: per quem tex.
iunctꝭ his que no. in. c. in noīe dn̄i. xxiij. di.
et in. c. lꝫ. de vitanda. extra de elec. ſatis pꝫ
qđ in iſtis dubijs arduis. Ubi de electiōe
capitis eccl̄ie: et aplici tractatur: conciliū hꝫ
cognoſcere et eligere maxime deficientibus
Cardinalibus: imo ēt ipſis viuentibus: ſi
in facto illius electiōis culpabiles fuiſſent:
put ibi ſupponiť. Quo caſu ipſi Cardina
les iudices eē non poſſent: q2 in facto ꝓꝓo
et in cā ſua iudicarent: vt dicit glo. ibi. Ad
que tn̄ videnda ſunt que no. per doc. in. d.
c. lꝫ. Ubi ſm Abb. Panoꝛ. Hoſti. refert du

as opiniones:q2 aliqui dicunt:qđ mortuis
oībus Cardinalibus electio ſpectat ad cle-
rum Ro. Alij vo dicunt, q ad conciliū ge
nerale ſpectat:put ſpectabat de iure antiq.
lxxix.di.quaſi per to.Dicit tñ ipſe Hoſti.q
pͥ opinio eſt tutior:z ͣ eſt iuſtior:q2 difficile
eſt congregare concilium . Si autē omnes
ſunt mortui pter duos : illi duo poterūt eli
gere:z vnus poterit eligere alterꝫ:dūmodo
alter conſentiat electioni ſue . Qđ ſi vnus
ſolus remanſiſſet:ille hēbit electiones:iuxta
no.in.c.gratum.ex̄ de poſtul.pla. Ille tñ ſo
lus non poſſet eligere ſeipm:vt in.c.p vr̄as.
de iure patro. putat tñ idem Abb. qđ iſte
ſolus noīe totius collegij:qđ in eo ſolo reſi-
det:poterit dare hāc ptātem eligendi alicui
alteri:z ille tāꝫ cōpromiſſarius poterit eli
gere illum ſolū:dūmodo ceſſet fraus z am
bitio.De qbus ēt s.in alio ppoſito memini
mus. In concilio aūt Baſilieñ.vbi priuato
Eugenio 4º per dcm̄ concilium , data fuit
noua forma eligēdi pontificem maximum
vacante papatu per priuationē.Nam ſtatu
to termino Cardinalibus ſexaginta dierꝫ
a die priuationis cōueniendi ad electionē:
eiſqꝫ abſentibus citatis.Cum tūc vnus tm̄
cardinalis in loco concilij repiret.vꝫ.Car-
dinalis Arelatenſis: qui tunc concilio pſi-
debat decretū ſeruatumqꝫ fuit:qđ tres elec-
tionarij:ex oībus nationibus: qui eēnt vi
ri pbi eligerent: z qđ illi tres,duos:z tri-
ginta pr̄es ex toto corpore concilij: aſſumi:
z eligi deberent ſeipſis computatis: qui in
Diaconatus ſaltem ordine eēnt conſtituti:
quicqꝫ dictis triginta duobus ſecreto pele-
ctis in generali cōgregatione publicari de-
berent pmiſſo grauiſſimo iureiurando: qđ
ptermiſſa oī fraude z dolo cordē. xxxij.ele-
ctionarios eligere z noīare tenerētur: qui
xxxij.vna cum ipſis z dicto Cardinali: ali
iſqꝫ Cardinalibus durante dicto termino
superuenientibus:cōclaue ad hoc more Ro-
mano apparatū ingredi.z ſummū pontifi
cem ſm ſci ſpūs inſpirationē eligere debe-
rent:quiqꝫ ille Pontifex hēretur: z tenerēt
qui a duabus partibus triū partiū dictorꝫ
electorꝫ electus fuiſſet:inīunctū tñ pceptūqꝫ
fuit per conciliū eiſdē electoribus qđ in ele
ctiōe dictorꝫ.xxxij.hēretur reſpectus ad na
tiones.Ita qđ ſi poſſe eēt oēs hērent portio
nem ſuā. Quare tres cōmiſſarij z electio-
narij pdicti epos duodecim: cōputato dcō
Cardinali Arelatenſi:que erat epus:Abba

tes.vij.Theologos.v.interluminatos. Ac
doctores.ix.Quos oēs Eneas Siluius Pi-
cholominus:qui eidem cōcilio interfuit in
libello hyſtorie dicti concilij noīatis citat:
eoſqꝫ ſeptē diebus in cōclaui fuiſſe ſcribit.
Et tandē Amadeū Sabaudie Ducē virum
preſtantiſſimum decanū: militus ſci Mau
ritij de riperna Gebēneñ.Dioceſ. Celibes
z religioſam vitam agentem elegiſſe:q Fe-
lix qntus: vt dicti concilij geſta atteſtantur
modo pmiſſo electus cognominatusqꝫ fuit.
Secus tñ eēt in caſibus in qbus Cardina-
les repirentur in rerꝫ natura:alias habiles:
q2 per hoc qđ concilium congregaretur:et
priuarent papam papatu:ipſi nihilominus
priuati non eēnt ptāte eligendi alterꝫ Pōti
ficem: etias qđ aliquid cōmiſiſſent contra
id qđ hr̄.extra de elec.cum in cunctis ſꝫ gl.
in.d.c.ſi duo.put vlt.loco fuit videre in cō
cilio Conſtantienſi. Ubi Joannes.xxiij.z
Bñdcūs.xiij.per concilium papatu puati
fuerunt:et per conciliū terminatū fuit: qđ
Cardinales vtriuſqꝫ obedientie cum non
nullis alijs plātis et religioſis nationū ad
electionē Martini.v.admitterentur. Ubi
vero Cardinales nulli reperirentur vel ſi
repirentur eēnt heretici et alias inhabiles:
qđ pinde eēt ac ſi nō repirent. ex̄ de trāſla.
pla.c.inter corporalia cum ſi . Tunc dictis
oībus caſibus ad dcm̄ concilium talis ele-
ctio ſpectaret:et rōnabilr qdem. ¶ Nā cō-
ſtat qđ eo caſu quo papa deponendus eſt a
papatu pp hereſim:quod nullus negat fie-
ri poſſe.xl.di.ſi papa.cum concor.Collegiū
Cardinalium non hꝫ hanc ptātem:ſed hu-
iuſmodi ptās vt conſentiunt oēs:ad cōci-
lium deuoluitur no.Archi. Jo.and.et alij
in.c.in fidei de hereti. in.vj. et pbatur.xv.
di.ſicut in ſi.xvij.diſt.§.hinc ēt.ver.ad hec.
ſereniſſimus Rex.xix.di.anaſtaſius.xxj.di.
nunc aūt.ij.q.vij.§.his ita rn̄detur. vſ.ites
ſymachus.et no.in.c. ſignificaſti. de elec.et
alibi ſepe.Qđ ꝯfirmari poſſet fundando ſe
ſuper pſumptione iuris et de iure. ¶ Nas
pſumptio eſt in hoc qđ vlis ecclia in ſpiri-
tu ſcō congregata errare non pōt. xxiiij.q.i.
a recta.et.c.pudēda.de quo per Jo. an.poſt
Hoſti.in.c.a nobis.ij.de ſen.excom. et in.c.
ſi.extra.de pſcrip. Ergo cum papa ſolus et
Cardinales errare poſſint:in hoc et i alijs
arduis in qbus vſatur vlis ſtatus eccleſie:
vt pbat in.d.c.ſi papa.et in.d.c.anaſtaſius.
et in iuribus s alleg.ſtandū eēt determina-
tioni

tionī eoꝝ quí veriſilr errare non poſſunt.
¶ Nec magis congrue fieri poſſe vr̄ Pon
tificis maximi electio dicus caſibus q̄ȝ a cō
cilio epoꝝ. Quí dnr̄ Pape fratres ꝛ coepi.
extra de cri. fal. c. q̄ȝ graui. cum non ſit repi
re maioris dignitatis viros ī eccliā: Unde
idem papa ſe quoqȝ epm̄ noīat: vt no. in ꝓ
hemio Bonefaciano. De qbus loqtur ſ3 ve
rum intellectum. c. p venerabilē §. rōnibus.
qui. fil. ſint legi. ſ. hinc eſt q̄ epi dnr̄ ſummí
ſacerdotes. Colūne ecclie dei. Succeſſores
Aploꝝ: Sciſſimi Legati ꝛ Coepi dñi Pa
pe. ij. q. vij. accuſatio. xiiij. di. legimus. ꝛ ī. c.
ī. vſi. per frōtis crimationem. extra de ſac.
vnctio. in cle. ſiqs ſuadente. vſi. nec ſup hoc.
de pen. ꝛ alibi. Nam ꝛ a ꝑncipio in primi
tiua ecclesia. Iſta electio pōtificis maximí,
que ab aplis cepit: qui Petrum eoꝝ princí
pem eſſe voluerunt: ls pari conſortio cū eo
honoꝛē ꝛ ptātem acceperint: vt inquit tex.
in. c. in nouo. xxi. di. ꝛ. xxiiij. q. i. loqtur. ī ꝑn.
Iſta inq̄ȝ eligendi poteſtas in epis vīs apo
ſtoloꝝ ſucceſſoribus remanſiſſe vr̄: ls poſtea
pp difficultatem forte congregandi epos ꝛ
concilium vel ex alia cā. Ad collegiū dñoꝝ
Cardinalium tranſlata fuerit. Qui pp hu
iuſmodi electionem multū decorati ꝛ dita
ti fuerunt. Et ſic in poſſeſſione vel quaſi eli
gendi efficaciſſi. remanſerunt. xxiij. diſt. In
noīe dñi. in. c. vbi piculum. de elec. in. vi. ꝛ
in cle. ne romani. eo. ti. cum concoꝛ. Sed di
cto caſu res de facili ad nām ſuā redire poſ
ſet. l. di. ferrū. ꝛ ppea non eſt mirꝝ: ſi tunc cō
ciliū Papam eligere: ꝛ intronizare poſſit.
Pro qbus faciunt que legunť, ꝛ no. in. c. ls
de vitanda, de elec. Ubi Abb. Pan. in. iiij.
col. vſi. Sed aduerte ad vnā notabilē obie
ctionē ꝛc. Dicit q̄ in concilio Piſis ꝛ Cō
ſtantie celebrato obijciebať Cardinalibus
q̄ ad eos tunc non ſpectabat de electione
pape ſe intromittere. Qꝛ illa iura que tri
buunt Cardinalibus electionē pape: loquū
tur qn̄ ecclia Ro. vacat: Alr̄ q̄ȝ per depōnē
ſeu priuationem factā per ꝯcilium, ꝛ ſic vbi
vacat per mortem. Sed vbi papa a cōcilio
priuať, vel vbi concilium congregatum ſu
per diſcordia duoꝝ electoꝝ declarat neutꝝ
ipſoꝝ eſſe papam. Tunc vt ibi dicebať ele
ctio ds ſpectare ad totum concilium. Qꝛ iu
ra antiq̄ videnť hoc velle: vt in. d. c. ſi duo.
cum ſi. Que iura hoc caſu non repiunť coꝛ
recta. per iura noua: ergo ab eis non eēt re
cedendum. Et ſubdit idē Abb. q̄ iſta obie
ctio ſibi pls in iure. Tn̄ in concilio Conſtā
tienſi pro euitanda diſcordia obtētum fuit
q̄ concilium pro illa vice transferret ptātē
ſuam in collegium Cardinalium ꝛ q̄rūdā
alioꝝ ꝓlatoꝝ. Et ita Cardinales, tunc elege
runt ex ptāte ꝓpa ꝛ concilij: que diligenter
dicit eē notanda. Sed vt ſ. dixi ex libello ꝛ
geſtis eiuſdem concilij Conſtantienſ. cōſtat
in ſeſſione. xl. eiuſdem cōcilij decretū qōdā
emanaſſe, in quo ſtatutū fuit de ſpāli ꝛ ex
preſſo ꝯſenſu ꝛ voluntate Cardinaliū ſan
cte Ro. ecclie: q̄ pro illa vice ad electionem
Ro. pontificis, ſex ꝓlati vel alie honorabi
les pſone eccliaſtice in ſacris cōſtitute de q̄
libet natione in eadē ſynodo ꝓ tunc exn̄te.
Quas q̄libet ex ipſis natiōibus ſ. decē dies
duceret eligendas: ipſis Cardinalibus ad
iūgerenť. Quibus oībus eadē ſynodus po
teſtatem tribuit Ro. pontificē eligendi: ſta
tuendo q̄ ille ſex pſone nationum ingrede
renť ꝯclaue cum ipſis Cardinalibus. Et q̄
ille qui ex dictis Cardinalibus ꝛ ꝓlatis ad
iunctis hēret duas partes triū ptiū: ſiue p
primaria vota, ſiue p acceſſum: eēt, hēreť ꝛ
tenereť pro vo Ro. pontifice: ꝛ non alr̄, in
qua electiōe creatus fuit Martinus qntus:
vt ſ. dixi. Pfatū aūt decretū incipit. Ad
laudē, gliam ꝛ honoꝛē. Qď multū facit ad
ea q̄ ſ. dixi. Adde q̄ idē accidit ꝺclaratūqȝ
fuit ī cōcilio Baſilieſi ꝓuato Eugenio 4° ꝓ
ut ſ. dcm̄ extitit in vſi. ꝛ in ꝯcilio Baſilieſi.
Et atteſtāť geſta eiuſdē ꝯcilij ſeſſione. xlvij.
Que celebrata fuit anno a Natiuitate dñi.
Mccccxxxix. Decernendo q̄ non obſtanti
bus qbuſcunqȝ Decretis conciliōꝝ vel pōti
ficum ꝓteritoꝝ. Pro tunc electio Pontifi
cis Romani in loco concilij ꝛ non alibi fie
ret. Irritando quācunqȝ aliā electionē: que
etiā p Cardinales fieri contingeret, decer
nendo, q̄ triginta duo ꝓlati vna cum Car
dinale Arelatenſi. Qui tunc ſolus erat in
concilio: ingredereuť conclaue ꝛ eandē po
teſtatem eligendi Papā hērent pro illa vi
ce, quā habuit, ꝛ h3 vniuerſus collegiū dño
rū Cardinaliū. ¶ Eſt tn̄ aduertendum. q̄
ls in electionibus alioꝝ ꝓlatoꝝ electio iam
facta per acceſſum votoꝝ corroborari non
poſſit: put ſm̄ Abb. Pa. vbi ſ. no. in. c. au
ditis. in. c. qď ſicē. ꝛ in. c. ecclia. el. ij. ex̄ de ele.
Tn̄ ſecus eſt in electione Ro. pontificis, q̄
ls electus debeat hēre duas partes eligētiū
alias non valet electio: per iura ſ. circa ele
ctionē pape alle. Attn̄ ſi vnus electus eēt a

maiore parte Cardinaliũ: ⁊ alij poſtea ad
illius electionem accederent. Ita ꝙ iſte ta-
lis cõputatis illis qui acceſſerunt hẽret du
as partes triũ partium: ille remaneret ve-
rus pontifex: ⁊ diceref canonice electus: lʒ
a pn° non habuiſſet tot vota que ſufficerẽt.
De q̃ eſt tex. ⁊ ibi no. in. d. c. lʒ. de ele. Et hec
quidem pro iſta tertia cã dicta ſufficiant.

Eccleſie vniuerſalis ſtatus.

Quarta cauſa gñalis eẽ vř: vbi
cunqȝ negociũ aliqđ arduũ:
⁊ per Papã inextricabile im
minet eccłie vel fidei catholi-
ce ex quo xpiani ſcãdaliçanf:
conturbant: ⁊ vlis ſtatus ec-
cleſie decoloraf: ⁊ in deteriora quotidie ꝑ-
labif: ex quo piculum iminet: ne eccła ipſa
periclitef. Tũc etenim ſi hoc ex facto pape:
vel notorio delicto eiuſdẽ: vel alterius cu-
iuſcunqȝ principis: ſeu vniuerſitatis aut al
terius xpiani ɔtingeret: ſeu vt vno verbo
hoc dicamus, vbi eccła ipſa tam in capite
q̃ȝ in mẽbris reformãda foret. Iuxta deter-
minationẽ ⁊ ea que leg. ⁊ no. de accu. in. c.
ſicut. cum ſi. Nam oẽ ſtudiũ legiſlatoris eſt
vt hoĩes bene viuant, in auc. vt non luxur.
contra natu. colla. vj. in prin. vt ſuas aias
non pdant. co. ti. §. pp. Et ideo iura ſemper
hoĩes ad bona facienda ⁊ mala euitãda in-
uitant ⁊ delicta ⁊ mala execrant. C. de nup.
l. impial. ⁊ hr in oĩbus fere dcretis ɔciliop:
de qbus ſ. ordine alphabetico meminimus.
⁊ de vita ⁊ hone. cle. de accuſat. ⁊ de pen. p
to. ⁊ alibi in toto corpore vtriuſqȝ iuris ſe-
piſſime: vnde ſi Papa ꝑmonitus vt eccłias
hanc militantem tam in capite q̃ȝ in mem
bris reformaf, vt huic errori obuiare illõqȝ
tollere de eccła ꝓcuret. Et q̃tenus ipſe ſo-
lus hoc non poſſit, ꝙ concilium vle cõgre-
gare velit, vel ſi ipſe papa notorie incorrigi-
bilr peccaret: pp qđ eccła ſcandaliçaf ⁊ cõ-
fundif, ⁊ ipſe ꝑmonitus vt ſe corrigeret, ⁊
eccłiam ſtabiliret: ſi hoc facere recuſaret: vel
negligeret, obſtinate ⁊ ptinaciter in malo
ſuo ꝓpoſito pſeuerando: ⁊ multos malis
ſuis exemplis ſecum in pditionem trahen-
do. Tunc papa ipſe accuſari de hoc: ⁊ ppea
conciliũ congregari poſſet, ordine de quo ſ.
diximus ſeruato: iuxta intentionem glo. et
ſcribentiũ in ſolẽni ⁊ ſepius alle. c. ſi papa.
xl. di. quas qdem glo. quo ad hoc ibi ſcribẽ-
tes tenent ⁊ ſequunf. Et Abb. Panor. in. c.
ſignificaſti. de elec. in. ij. col. in ṽſi. Item dic
ꝙ in concernentibus vlem ſtatum eccłie di
cit eam eẽ ſingularẽ ⁊ perpetuo notandã:
q: tenef per oẽs. ⁊ in q̃one per eum diſputa
ta: que incipit eps ⁊ qdã rector: in finalibus
verbis ſcđi dubij dicat idem. vʒ. qđ illa gl.
eſt ſingularis ⁊ qđ totus mundus eam ap
probat. Que glo. in ꝓpoſito nr̃o, dicit qđ ſi
crimen pape eſt notorium. Puta per eius
confeſſionem vel per facti euidentiam con
ſtat de crimine ſymonie vel adulterij ipſi-
us. Et cum admonef incorrigibilis eſſet, ⁊
eccła per factum eius ſcandaliçaref qđ ex
quocunqȝ eius crimine notorio: per qđ ec-
cleſia ſcãdaliçaf: accuſari poterit, lʒ in textu
ibi ſpãlr fiat mentio de hereſi. Ex qbus col
ligif ⁊ cõcludif qđ ſi eccła vlis ⁊ oẽs clici ⁊
layci tã maiores q̃ȝ minores ĩ cõcernẽtibus
fidem catholicã adeo eẽnt deformati ⁊ ꝑla
pſi in eop vita ⁊ moribus: vt potius paga
nop q̃ȝ chrianop more viuerent, vlemqȝ ec
cleſie et fidei ſtatũ ſcandaliçarent: ⁊ ɔfunde
rent. Ac Clemẽtiſſimi dñi dei nr̃i ſuis no
toriis delictis indignationẽ ꝓuocarent. Et
Papa (ad quẽ primitus ⁊ principalr ſpe-
ctat ⁊ ptinet deformatã fidem et eccłias re-
formare) ꝑmiſſas deformitates nihil cura-
ret: ſed cum alijs ſe dictis criminibus ĩuol
ueret: ⁊ ouium ſibi a Xp̃o ieſu dño nr̃o cre-
ditap ⁊ cõmendatap: vt eas verbo pariter
et exemplo paſceret, officij ſui ĩmemor tãq̃ȝ
ſi ſine paſtore eẽnt, errare et a lupis macta-
ri, ac per deuia queqȝ deduci pmitteret, tũc
ꝓculdubio concilium papã ipm tanq̃ȝ de-
ſidẽ et a fide deuium corrigere ꝓ vli refor-
matione eccłie in capite et in mẽbris hẽda
admonere, conuenireqȝ poſſet: nec ipſe tãs
ſcm̃ laudabile et neceſſariũ reformationis
vlis opus: quo q̃uo directe vel indirecte re
tractare vel ĩpedire poſſet: put ſ. quoqȝ di-
ctum et oſtenſus fuit. Ad hoc bene facit: q:
in concernentibus vlem ſtatum eccłie. Pa
pa non põt expſſe diſponere contra ſtatuta
concilij in his maxime in qbus ſtatuendo
ɔrium decoloraref ſtatus eccłie, vt etiã igt
Abb. Pa. vbi ſ. per tex. et no. in. c. et ſi illa.
i. q. vij. Quo qdem caſu intelligit oẽs illas
glo. que videnf velle qđ Papa non poſſit
diſponere contra vlem ſtatuʒ eccłie, vt no.
in. c. lraſ. de reſti. ſpo. et qđ voluit Inno. in
. c. q̃ſto. de conſue. vbi dixit qđ Papa nõ eſt
permittendus venire contra gñalem ſtatũ
eccleſie

eccleſie ſine cã rõnabili ꝛ alijs nota. Qđ ſi non põt hoc expſſe ergo nec tacite:cum taciti ꝛ expſſi idem ſit iudicium:no.in.c. cũ in. de conſti.in.c.ij.de reſcrip.cum ſi. Nõ autẽ pmiſſoꝝ eſſe põt. Qr notorie ꝛ incorrigibiliter peccando ſeu alios xpianos peccare pmittendo cum reſiſtere poſſet:ꝛ eos in viã fidei conuertere ꝛ confirmare iuxta verbus dñi Matth.ꝛ Luc.xxij.c.ꝛ tu aliquãdo cõuerſus cõfirma fratres tuos. Tacite ſtatuere ꝛ approbare vr̃ delictum illud in quo inuolutus exiſtit:ꝛ alios paſſim ꝛ impune errare pmittit non eſſe pctm̃:ꝛ ſic dogmatiçando contumaciter in eo pſeuerans hereticus fieri:vnde ex hoc: dixit glo. illa.in.d. c.ſi papa: q talis contumax dr̃ hereticus. lxxx.di.ſiqs pſbr.ꝛ contumax icorrigibilr delinquendo dr̃ infidelis.xxxviij.di.nullus. Qđ veꝝ intelligit Dñicus vbi.ſ.qñ contumacia iduceret ſciſma in eccĩa vel qñ xpianus aliqs alr peccando eſſet ꝯtumax cõtra Ro.pontificem: vtputa dicendo ipm non hẽre ptãtes ſup oẽs.lxxxi.di.ſiqs pſbr.ꝛ.vij. q.i.deniqꝫ.no.Archi.xix.di.nulli phas. ꝛ ẽ tex.xxij.di.oĩs. Item vt ingt idẽ Dñicus: qui cum rebellione ꝛ obſtinatione viuit in delictis:perſeuerãdo in eis ꝛ recuſando bona agere,ꝛ ſe nolendo corrigere,tunc poteſt dici hereticus:vt vult illa glo.no. ꝓ qua eſt tex.in.c.ſi.xxviij.di. pro qbus oĩbus facit ẽt tex.xi.q.iij.rurſus.ꝛ.c.ſeq. Ubi dr̃ q excõicati negligentes cãm ſuam.ſ.annũ declarari facere ꝛ ſe tueri ſibi ipſis audientie ꝛ iuſtitie aditum denegant. Nam ꝛ clericus infamatus tñ de aliquo crimĩe:ſi citatus vel monitus ſe purgare negligit aut ꝯtẽnit:iuris interptatione ꝓ ꝯuicto hr̃.xxiiij.q.iij.ꝺ illicita.ꝛ facit tex.in.c.cum ꝯtumacia.de heretı.lib.vj.vbi ſtatuit q excõicatus eo qꝛ citatus vel monitus vt rñderet de fide:ꝛ ſe tanqꝫ ſuſpectum purgaret:ſi per annum in excõicatione contumaciter ꝛ ptinaciter pſeuerat:ex tunc velut hereticus ꝯdẽnari dꝫ. Per que iura ſatis pꝫ:qꝺ dõm ſit i caſibus ſuprascriptis. Qñ.ſ.vel Papa:vel alij xpiani notorie peccant:ꝛ in eoꝝ delictis incorrigibilr pſeuerant:cum vlĩ ſcandalo ꝛ pturbatiõe totius eccĩe. Idẽ quoqꝫ dici poſſet, vbi inter pncipes:vniuerſitates:ꝛ alios xpicolas:bella ſeditiones: ꝛ pniciofe diſcordie vigerent cum ſanguinis humani ꝓfuſione. Prout proh dolor tpibus nr̃is vidimus:ꝛ quotidie inceſſanter cernimus: qꝛ cum ad eccleſiam potiſſimum ſpectet pacem illam quam xps aplis:de hoc mundo trãſiturus reliquit:vt ingt Jo.xiiij. Pacem meã relinquo vobis ꝛc. tractare ꝓcurare cõponere: ꝛ vnicuiqꝫ xpiano reddere. Ideo concilius vna cũ papa qui eccĩam vlem repñtat: ad pacem ipſam ꝯſeruandam ꝛ bella remouẽda laborare debent:de treu. ꝛ pa.c.i.xxiiij. q.iij.ſiquis romipetas.ꝛ.c.ſeq. de iudi.c.nouit.xcvij.di.eccĩe.cum concor. Non mirꝫ ſi dr̃ q qñ papa vel non põt:vel non curat tã grauia:horrenda:ꝛ intollerabilia bella: tantaſue xpianoꝝ diſcordias ſedare. Concilius pp hoc congregari poterit:ꝛ eccĩam ipſam in capite:et in mẽbris reformare:ac qđ ſuũ fuerit cuicunqꝫ reddere. Uarijs.n.modis eccĩa peccãtes in fratres ſuos corrigere tenet:et in viã ſalutꝭ et iuſtitie dirigere.xxiij. q.v.quis.n.nr̃m.et.d.c. nouit.xxiiij.q.i.qui contra eccĩe pacem.et.c.non afferamus.et xxiij.q.i.noli.ꝛ qſi per to. ¶ Nam non mõ Papa et concilium rõne pcti.d.c.nouit.de iudi.ſed qlibet iudex ptes diſcordantes ad pacem et concordiã cõpellere põt.xc.di. ſtudeñ.c.ſiquis contriſtatus.c. diſcordantes.et qſi p to.no.Hoſti.i ſum.de treu.et pa.§.ſi.et Bar.in.l.ꝯgruit.ff.de offi.pſi. et alibi ſepe.

¶ Symonia.

Ex his autẽ et ex vbis dicte glo.in alleg.c.ſi papa. Quidam qntam cãm deducere voluerũt. Quãqꝫ nõ poſſit dici gñalis:ſed potius ſubalterna:ex qua concilium conuocari poſſit. vꝫ.cum papa ſymoniacus eſſet: nam lꝫ ſub aliaꝝ gñalitate concludi poſſit. Tñ qꝛ materia curioſa ẽ:et quotidie in curia Ro. et alibi de hoc heſitat:forte non erit incongruus de hoc aliquid hic attingere: et videre nunquid papa de ſymonia accuſari:et nũqd pp hoc concilium conuocari:ipſeqꝫ papatu priuari poſſit. Et qꝫuis magri pruientes auribus:ſtatim et gñalr. Negatiuam aſtruere: ac ptinaciter diſputare conſueuerint:aſſerẽdo q in papas nec in curiã eius.cadere põt ſymonia. Cum iure poſitiuo ſit ꝓhibita:et papa legibus ſuis ſolutus ſit: et a nemine iudicet.ix.q.iij.cuncta per mundũ.c.nemo. et.c.alioꝝ.cũ ſi. Et cum ipſe papa de oĩbus eccleſijs et bonis eccĩaſticis libere et ĩpune diſpõere poſſit.xij.di.oĩs.de pbẽ.c.ij.li.vj.

Ergo vr̃ q̄ pro arbitrio eccleſias dare:pro ipſis pecunias exigere ⁊ eas grauare poſſit de cenſi.c.cum apl's.verſi.ſubſtinemus. Nõ approbare vr̃ gl.in.c.ſiqs pecunia. lxxix.di. Item q̄ ambitus qui idem ſonare vr̃: qḋ ſymonia.non h̃z locum in principe: vel in eius curia.l.i.ff.ad leg.iul.de ambitu. no.in .c.p̃ibr.lxxxij.di.vbi glo.in ver.denarium. ⁊.i.q.vj.c.ſi.cum ſi. ❡ Attamen q̄ Papalis dignitas atq̃ poteſtas a dño Deo eſt: ⁊ Petrus btiſſimus apl's: eiuſq̃ ſucceſſores Ieſu chr̄i redēptoris nr̄i locum in terris tenēt.c.pro humani.de homici.li.vj. vbi Io.an.poſt Hoſti.per illum tex.dũ dicit q̄ oĩs ptās a dño tribuit. Iuxta illud. Io.xix. Nõ hēres in me ptātem vllam niſi tibi datus eſſet deſup ⁊.xj.q.iij.qui reſiſtit:dr̃ qḋ q reſiſtit poteſtati dei ordinationi reſiſtit: ingt eps Hoſti. Io.and. ⁊ Gemi.poſt eos. Ibi: hinc eſt q̄ dignitas papalis per pecuniā acquiri non pōt:cum a deo concedat:⁊ qui p papatu vel impio pecuniā dat iniuſte agit: ⁊ incidit in.l.iuliam de ambitu. Nec ob.p̃alle.l.i.p̃.Rñ.ff.de ambi.dũ dic̄ q̄.l.ipſa nõ h̃z locum in ciuitate Romana: ⁊ ſic in p̃ncipe.q̄ illud intelligit:quo ad principē iam electum canonice:q ſup oēs eſt.extra de ele. l̃z.q̄ eſt tunc legibus ſuis ſolutus : vnde qḋ ei pl̃z diſponere pōt.ff.de legi. princ.ix.q.iij. cuncta per mundũ.⁊.c. per principalē. De quo no plene in.c.ꝓpoſuit de conceſ.p̃ben. Quis dicat idem Hoſti. q̄ nec accuſat nec excuſat aliquos:quo ad ſpũales iuriſdictionem,quo ad tpalem aũt,dicunt doc.q̄ publica oblatio facta ab eo qui,pdeſſe appetit non p̃eſſe admittit: ſed clandeſtine facta reprobat.ff.de polli.l.i.⁊.ij.ff.de admi. tut.nõ exiſtimo.viij.q.i.qui ep̃atus. Unde p̃miſſis non obſtantibus: ſi veritates indagare l̃z ⁊ ꝓ ſinceritate ac fauore fidei catholice q̄ ſentimus in mediũ ꝓferre poſſumus: vt deo magis q̄ȝ hominibus placeamus. Cu̾ xp̃s ſe veritatem ⁊ mundi lucem eſſe atteſtet: heſitationem hāc biſariam diuidendā. Et de hoc articulo tam actiue q̄ȝ paſſiue q̄rendum exiſtimamus.

❡ Primo quid dicendum quando Papa ſymoniace ad papatum promotus fuit.

❡ Secundo quando poſt eius ꝓmotionē dignitates officia:⁊ beneficia eccleſiaſtica ſymoniace concedit.

❡ Quo ad primũ omiſſis ſupfluis. vr̃ tex. in hoc multum notabilis in.c.in noĩe dñi. xxiij.diſt.vbi dr̃ q̄ pura: ſincera ⁊ gratuita d̾z eſſe pontificis maximi electio. Et.ſ.dr̃ q̄ ſiqs contra dcm̃ decretum electus ⁊ intronizatus fuerit:q̄ auctoritate diuina ⁊ ſcõꝝ aploꝝ Petri ⁊ Pauli ꝑpetuo anathemate cum ſuis auctoribus: fautoribus ⁊ ſequacibus a liminibus ſcē dei eccleſie ſeparatus abijciat. Sicut Antixp̃s ⁊ inuaſor ⁊ deſtructor totius xp̃ianitatis,⁊ q̄ nulla ſup hoc ei audientia reſeruet:ſ̃ȝ ab oĩ eccleſiaſtico gradu deponat. Et eſt clarior tex.lxxix. di.in.c. ſiquis pecunia:vbi ad lr̃as dr̃: ſiqs pecunia vel gr̃a humana:aut ppl'ari ſeu militari tumultu:ſine ꝯcordi ⁊ canonica electiōe Cardinaliũ ⁊ ſeq̄ntiũ religioſoꝝ clicoꝝ fuerit aplice ſedi īthroniçatus: nõ aplicus ſed apoſtaticus h̄eat. Liceatq̃ Cardinalibus ⁊ aliis clericis deũ timētibus ⁊ laycis inuaſorē illũ anathematiçare:⁊ humano auxilio a ſede aplica pellere. ❡ Pro q̄bus glo.in.d.c.ſi quis pecunia : arguendo rōnem aſſignare vr̃:q̄ ſymonia dr̃ hereſis.i.q.i.eos qui. ⁊.c. fert ⁊ melius.xxiij.di.d.c.in noĩe dñi. ibi: q̄ot deniq̃ per ſymoniace hereſis trapeçitas:repetitis malleis: crebriſq̃ tõſionibus ſubiacuit ⁊c. Cui tñ opi.non conſentit gl. in.d.c.ſiqs pecunia. Nam declarando tex. ibi dicit illum intelligi ⁊ loqui:de eo qui p ſymoniam electus fuit ab illis qui ptātem non habebant eligendi:non aũt de electo a Cardinalibus per ſymoniam. Et ad id qḋ dr̃:q̄ ſymōia dr̃ hereſis. Rñd. q̄ ſymonia dr̃ hereſis large. Non ſm̃ q̄ papa vel alius de hereſi pōt accuſari. Cum.ſ.errat in articulis fidei:ac ſi diceret q̄ l̃z papa pro crimine h̃rſis tm̄modo accuſari ⁊ deponi poſſit. xl.di.ſi papa.ꝓut ſ̄.dixi in illo arti°. Qñ papa eſt hereticus. Tñ illud h̃z locum in hereſi ſtricte intellecta: qñ.ſ.errat in articulis ſidei tm̄. Non aũt hoc intelligi pōt de hereſi late ſumpto vocabulo:quam gl. doc.ibi vt plurimum ſequunt. Et dixit gl.in.c.i.lxxix. di.q̄ ſi papa electus eſt a duabus partibus Cardinaliũ q̄ nulla a modo admittet exceptio contra ipm̃ de vitio eligentium vel electi:q̄ vt ingt ipſa:non eſſet coram quo iudice exceptiones ille ꝓponerent. Uñ iquit ſi tertia pars Cardinaliũ vellet ꝓbare electionem eſſe ſymoniacam non audiret: vt extra de elec.l̃z. Ubi dr̃ q̄ ille ab vlĩ eccleſia habeat Pontifex Ro.abſq̃ exceptione aliqua. Qui a duabus partibus Cardinaliũ fuerit electus ⁊ receptus. Peccant tñ vt dicit glo.

cit gl.ꝑdcā qui talr papam eligūt: ex qbus: coniungendo hec cum illis que.ſ.dicta fuerunt in ꝑn.° ꝛ cum.d.c.ſi papa.xl.di. vbi dr̃ ꝙ pape culpas redarguere ꝑſumit mortalium nullus: qꝛ cunctos ipſe iudicaturus a nemine eſt iudicandus: niſi deꝑhendat̃ a fide deuius. Uideret̃ concludi ꝑmiſſis non obſtātibus: qḋ papa pro nullo alio crimīe: vel delicto ſuo q̃ntūcūqꝫ ḡui ꝛ notorio accuſari ꝛ depōi poſſit, q̃ꝫ ꝑ ꝟa ꝛ ſtricta hereſi. ¶ Sed qcquid arguendo dicat̃. Cōtrarias ſententiam ſequi ꝛ cōiter approbare videntur doc.in locis ꝑallegatis: iūctis maxime his de qbus.ſ.vs. qḋ imo papa ꝯcorditer a Cardinalibus symoniace electus: apoſtaticus dici debeat. Et qḋ ꝓpꝫa in concilio accuſari: ꝛ ꝓꝑ hmōi crimen ab ipſo concilio deponi poſſit. Non obſtante qḋ dicat̃ titulum de ſymonia non hr̃e locus in papa nec in eius curia. Et pro euidentiali ꝑmiſſorum ꝛ.ſ. dicẽ doꝝ. Ego mihi in facto ꝑmitto: qḋ ille qui ad papatum ſymoniace eligit̃: anq̃ꝫ eligat̃ eſt Cardinalis: vel ꝑlatus inferior: qui non minus ſubiacet diſpōni iuris poſitiui q̃ꝫ iuris nãlis ꝛ diuini: nec hmōi tractatus de papa ſymoniace eligendo: fieri ſolet, vel ſupponit̃: poſteaq̃ꝫ quis in papā iam electus vel intronizatus fuit: qꝛ tunc papa nihil daret: quo ſuppoſito vr̃ dicendum ꝙ tam eligendus q̃ꝫ eligentes ſymoniaci ſint: ſiue hoc dicatur ꝓhibitum qꝛ ſymoniacus: ſiue dicat̃ ſymoniacum qꝛ ꝓhibitū. Iuxta determinationem gl. ꝛ doc.in.c. ex parte de offi.dele.et alibi. Nec ob.l.i.ꝑ rñ.ff.de ambi. dum dicit.l.ambitus. et ſic ſymoniā locus non hr̃e in ciuitate Romana: et ſic in papa qꝛ vt.ſ.dixi ſm Hoſti.et doc. in.c.i.de homici.in.vi. illud intelligitur quo ad papā vel principes iam canonice electū: quod aūt dicto caſu cōmittatur ſymōia per talr ꝓmouendum ad papatū ex diffinitione vocabuli ſatis pꝫ: qꝛ ſm Damaſce.et alios doc.antiquos: de quibus meminit Hoſti.in ſum.in ti.de ſymo.in ꝑn.° Symonia nihil aliud eſt q̃ꝫ ſtudioſa voluntas ſiue cupiditas emendi vel vendendi ſpūalia vel ſpūalibus annexa: aut ſicut idem Hoſti.plenius inqt: ſymonia eſt ſpūalium vel annexoꝝ ſpūalibus, ꝑcedente pacto: ꝓmiſſionis, ꝯditionis: modi, ſeruicij: precum: vel cuiuſuis tpalitatis receptio ſiue donatio. Ex qua late pꝫ ꝙ oīs cōditio: oīs ꝓmiſſio: oē pactum tpalis cōmodi ꝑcedens inducit ſymoniam: vt ibi declaratur per eum. Et hr̃ de reꝝ ꝑmu. queſitus. de pac.c.pactiones.i.q.ij. q̃ꝫ pio. et extra de ſymo.per to.ls forte ſecus dici poſſet: vbi ex poſt facto: ceſſante oī ꝯdōne et depꝛauata intentione aliquid gratis donatur. de ſymo. tua nos. Quedam.n.inhoneſte petuntur: que ſi ſponte offerantur honeſte accipi pñt. extra eo.dilectus filius. in ſi.x.q.iij.priſcis. xij.q.i.eccleſiaſticaꝝ. xviij.di. de eulogijs.ff. de varijs ꝛ extraoꝛ.cogni.l.i.ꝟſi.eſt qdē res ſctiſſima. Quā qdem diffinitiōem ꝛ diuus Thomas 2ᵃ ſcḋe.q.c.arti.ꝑ.comprobat. ſed nihil magis ſpūale inueniri pōt, q̃ꝫ ipſe ſpūs ſcūs: a quo ſpūalia cūcta denoīant̃ ꝯſtituūtur: ꝛ ꝑmanent. Uendere aūt papatum: eſt ſpūs ſci grãm ꝛ miniſterium qḋ per Papā diſpēſat̃: ꝛ inter xp̄i fideles diſtribui ꝛ elargiri dꝫ: ꝑcio vel humana grã interueniente per ſordes vēdere. Ergo nihil magis ſymoniacum | hereticum | ꝛ abhominabile | ac deteſtandum dici pōt: q̃ꝫ aplicam: imo xp̄i auctoꝛitatem vendere ac mercari. Qꝛ vt inqt Thomas: vbi.ſ. hmōi emptio ꝛ venditio de rebus ſpūalibus triplici rōe eſt illicita. Primo qꝛ res ſpūalis non pōt aliquo terreno ꝑcio compenſari: vt de ſapientia dr̃. prouerbioꝝ.iij. Precioſioꝛ eſt cunctis opibus: ꝛ oīa que deſyderant̃ non pñt huic comparari. Scḋo qꝛ qui non eſt rei quā vendit dñs: illam vendere non pōt: ſed ꝑlati vel Cardinales nō ſunt dñi ſpūs ſci: vel reꝝ ſpūaliū: ſed magis ſunt miniſtri vel diſpenſatores eaꝝ: ſm illud.ꝑ ad Coꝛinth.iiij.ſic nos exiſtimet hō vt miniſtros xp̄i ꝛ diſpenſatores miniſterioꝝ dei. Tertio qꝛ venditio repugnat ſpūalium oꝛigini, que ex gratuita volūtate dei ꝓueniunt. Iuxta illud Matthei.v. gratis accepiſtis: gratis date. Qḋ aūt vēdere papatum ꝛ ꝯñr auctoꝛitatem ꝛ ptātem virtutis ſpūs ſci: ſit diuina lege ꝓhibitus qꝛ ſymoniacus clare ꝓbat̃ in radice huius deteſtande prauitatis. Exēplo Symonis magi: actuum.viij.c.i.vbi hr̃: ꝙ cum idem Symon a btō Petro aplō grãm ſpūs ſci pecunia emere voluiſſet: vt curare poſſet infirmos: quēadmodū faciebat idem Petrus ꝛ alij apli: non qdem gratis ſicut illi faciebāt: ſed pecunia mediante: vt ex hoc plus lucraret̃, q̃ꝫ expendiſſet. Merito audiuit ab ipſo aplō. Pecunia tua tecum ſit in ꝑditionem: qꝛ exiſtimaſti donum dei pecunia poſſideri: donum qppe dei eſt: ipſe ſpūs ſcūs.i.q.iij. ſaluatoꝛ. ꝛ ea.cā.q.i.petrus ꝛ alibi. Et ꝙ in

electione Pape vel plati: ſi per ſordes fiat:
cadat ſymonia: cuꝫ pecunia vel tpale aliqd
datur pro ipſa: vel vt electionis priuilegio
ſubſcribat:ſeu vt electioni non reſiſtat: pro
bat.i.q.i.qui ſtudet.⁊.c.i.⁊.c.pſbr.qui ē tex.
Grego.in Regiſtro vbi dr̃ ad lr̃am. Quis
altare ⁊ decimas: ⁊ ſpm̃ ſcm̃ emere vel ven
dere ſymoniacam hereſim eſſe nullus fide-
lium ignorat. Et ſeqtur Bñdictio illi i ma
ledictionem ꝯuertit. Qui ad hoc vt fiat he
reticus ꝓmouetur. Qd̓ qdem apertiſſime
declarat Ambroſius in paſtorali:qd̓ hr̃ i.c.
reperiuntur.ea.cã.⁊.q.vbi dr̃. Reperiuntur pli
mi negociatiõe muneris mercari velle gra
tiam ſpũs ſci. Dum illi pciũ donant:vt põ-
tificalis ordinis ſublimitatem accipiãt obli
ti verboꝝ Petri qui dixit ad Symonem.
Pecunia tua tecum ſit in pditionem:qꝛ exi
ſtimaſti pecunia donum Dei poſſidere:⁊.ĩ.
quicunqꝫ deinceps pro accipiẽda diuini di
gnitate doni qd̓libet pmium detectus fue-
rit obtuliſſe: ex eodem tpe ſe nouerit ana-
thematis opprobrio ꝯdẽnatum:⁊.ĩ.⁊ ſuſce-
pto honoris gradu priuetur:⁊ in monaſte-
rio ſub perni pnĩa retrudatur ⁊c. Qd̓ etiã
approbatur in.c.nobis. extra de ſymo.no.
i.q.i.placuit.⁊ alibi ſepiſſime. Per que oĩa
pꝫ qꝫ ille Cardinalis vel platus: qui talr̃ ad
papatum per ſymoniacam prauitatem eli-
gitur excõicatus exiſtit. Et qꝫ talis electio
nulla ſit. Ipſeqꝫ tanqꝫ hereticus ⁊ apoſtati
cus de ſede beati Petri deijci ⁊ deturbari
dẽat: put dicit tex.in.d.c.ſiqs pecunia.lxxix.
di. Pro cuius qdem dicti cõfirmatione ad
duco Decretum Martini quinti in conci-
lio Conſtantienſi ꝓmulgatum in ſeſſione.
xliij.incipit. Multe contra ſymoniacã pra-
uitatem ⁊c. Ubi ſacro illo cõcilio approbã-
te,ſtatuit atqꝫ decreuit:qꝫ electiones ⁊ alie
ꝓuiſiones ſymoniace facte nulle eſſent ipſo
iure. Nullumqꝫ per illas cuiqꝫ ius attribue
retur:⁊ qꝫ ꝓmoti vel confirmati non face-
rent fructus ſuos: ſtatuendo ēt qꝫ dantes
vel recipientes:ipſo facto:ſententiam excõi-
cationis incurrerent: etiãs ſi pontificali aut
Cardinalatus preſulgerent dignitate ⁊c.
¶ Ex his igitur pꝫ:qꝫ concilium congrega-
ri poterit contra papam talr̃ electum. Nõ
obſtante illa rõe dicti.c.ſiquis pecunia.⁊.c.
lꝫ de elec.qꝫ.ſ.hmõi exceptiones ideo oppo-
ni non poſſint contra papam: eo qꝛ in ter-
ris non habeat iudicem coram quo ꝓponi
⁊ ꝓbari poſſint. Qꝛ iſta rõ potius facit ꝓ:

ſi bene conſyderetur. Cõſyderatis his que
ſupradicta fuere: Nam ſi dabitur:qꝫ Papa
habeat iudicem in aliqbus cauſis: non ne-
gatur ꝙ quin de his corã eo accuſari poſſit.
¶ Sed ſupra ⁊.ĩ.ſatis clare oſtenſuꝫ eſt:qd̓
concilium in cã hereſis. Et in oĩbus aliꝭ
cauſis in qbus ipſe incorrigibilr̃ ⁊ notorie
delinquendo vlis eccleſie ſtatus pturbaret:
eius eſſe iudicẽ. Ergo non minus eius erit
iudex in iſta cã: que tã grauis: tam ardua:
tam ſcandoloſa:periculoſa ⁊ intollerabilis
exiſtit: Iuxta no.in.d.c.ſi papa.⁊ eius glo.⁊
in.c.in fidei.de hereti.in.vi. Et eo maxime
qꝛ ſymonia hoc caſu ſtricte et ꝓꝓ̓e dici põt
hereſis:et Idoloꝝ ſeruitus. Cum hmõi ſy
moniaci fateri et credere videantur cũ Sy
mone mago:qd̓ grã ſpũs ſci et donum Dei
pcio acquiri poſſit:put ſentire vr̃ Inno.in
.c.quotiens.de ſymo.per illum tex.ad qd̓ fa
cit qd̓ voluit diuus Tho. 2ª ſcd̓e.q.c.arti.i.
Ubi dicit qd̓ ſicut religio conſiſtit in qua-
dam fidei ꝓteſtatione. Quam tñ aliqñ ali
quis non hꝫ in corde. Ita ēt vitia oppoſita
religioni habent qͥdam ꝓteſtationem infi
delitatis:lꝫ qñqꝫ non ſit infidelitas in men
te: Scd̓m hoc ergo ſymonia dr̃ hereſis ſm
exteriorem ꝓteſtationem. Qꝛ in hoc qd̓ ali
qui vendere vel emere ſe credunt donũ ſpi
ritus ſci:quodãmodo ꝓteſtari videntur:ſe
eſſe:vel fieri poſſe dños eiuſdem ſpũalis et
diuini doni:qd̓ eſt hereticum. Cum igitur
emptores papatus, epiſcopatus: vel alioꝝ
beneficioꝝ eccleſiaſticoꝝ adminiſtrationes
et clauium ptãtem hñtium:ius vel titulum
aliquem canonicum non acqrant. Sed ꝓ-
bato crimine vel eo notorio exiſtente: ſtatiꝫ
ab illis deijciẽdi ſint. Iuxta determinatio-
nem concilij Calcedoneñ.i.q.i.ſiquis epſ.et
q.iij.ex multis.§.conciliũ Calcedoneñ. Ubi
dr̃ Calcedonenſe nãqꝫ concilium vnum ex
principalibus ſili pena condẽnat eos: q ec-
cleſie bñficium interuentu pecunie acqrũt:
et eos qui ſacram manuũ impoſitionem: p
quam ſpũs ſcũs confertur:mercari digno-
ſcũtur: vtroſqꝫ.n.auctoritate irrepugnabili:
illos a beneficio: iſtos a ſacro ordine iubet
expelli:et.ĩ. Unde humani generis Redem
ptor oẽs ementes et vendentes de tẽplo eij
ciens cathedras vendentium colũbas euer
tit: Nũmulorioꝝ es effudit ex pr̃is auctori
tate dicens. Nolite facere domus pr̃is mei
domum negociationis. Et paulo poſt ſubij
cit tex. qd̓ ſicut per columbaꝝ venditores
deſignantur

deſigantꝰ illi:qui ſacram manuum īpoſitio-
nem vendere conantꝰ. Sic per nūmularios
eccleſiaſtici beneficij venditores denotantꝰ.
Per qđ pȝ ꝙ xp̄s tam ementes q̄ꝫ venden-
tes de templo eijci iuſſit. Qđ multum facit
ad ꝯclones de quaꝫ. Et ad oñdēdū ꝙ iuſſu
ꝛ auctoritate diuina ſymonia ꝓhibita fue-
rit. Etiam ex pagina vtriuſqꝫ teſtamenti:
eſt bonus tex. in.c.qui ſtudet.ij.q.i. Ubi hoc
multiplr̄ ꝓbatꝰ:vnde dixit glo. qđ modoꝫ
dicebamus: ꝙ.ſ.acquirēs bñficium ſymo-
niace:nullum acqrit titulum: ſed apoſtati-
cus ꝛ intruſus eſt:extra de renun. in.c.niſi
cum ꝓdem.in ver.dūtaxat. ¶ Que glo.di-
cit:ꝙ Lācre. ꝛ Jo.aſſerunt:ꝙ ſymoniacus
ꝛ intruſus non hñt titulum:ſed fures ꝛ in-
uaſores ſunt.i.q.i.ordinationes. ꝛ.ix.q.i.or-
dinationes. Et ideo q̄ꝫto plus rē tenent:tā-
to plus peccant: extra de cōſue. cum tanto.
Et fur ſemper eſt in mora.ij.de condi. fur.
ſi pro fure.§.penul. Pro quo facit:q꞉ non re-
mittitꝰ pctm̄ niſi reſtituatꝰ ablatum.xiiij.q.
vj.ſi res aliena. Uñ dicunt ꝙ iſti tales re-
nunciare debent ꝛ tenentꝰ canonis auctori-
tate.i.q.i.c.ſiquis neqꝫ. Et hoc gdem eo po-
tiſſime ꝓcedit:q꞉ inter alia crimina:que ēt
poſt peractam pniam:ordinis executiones
impediunt:eſt ſymonia.i.q.i.erga ſymonia-
cos:ꝛ extra de ſymo.tāta. Ergo gcquid di-
xerit glo.in.d.c.ſiqs pecunia.lxxix.diſt. Jſte
caſus qñ.ſ.papa a Cardinalibus ſymonia-
ce eligitꝰ:nihil differt ab illo. Qñ.ſ.eligeretꝰ
ſymoniace ab alijs nō hñtibus eligēdi:po-
teſtatem:cum vtroqꝫ caſu nullus iſtoꝝ ius
tribuere poſſit. Qđ tñ:vtꝫ dixi:intelligen-
dum eſt:qñ tale crimen ſymonie notorium
eſt:vel clare ꝓbari pōt. Q꞉ ſi eſſet ꝓſus oc-
cultum. Jlle talr̄ electus pp̄ cōem errores ꝛ
opinionem que de eo haberetꝰ: videretꝰ tol-
lerandus:ex quo habuit electionem de qua
conſtat:vnde pp̄ incertitudines deum ſolū
habebit vltorem:ꝓut tenere vr̄ dicta gl.cuꝫ
qua tranſire etiam videntꝰ doc. ibi. Quis
Jo.an.dicere voluerit in.d.c.tanta ſymoni-
am in ordine tm̄ īpedire ordinis executio-
nem poſt peractam pniam: at ſecus eſſe in
beneficialibus: q꞉ poſt peractam pnīas be-
neficium retineri pōt. Qui ita intelligi de-
bere:dicit tex.in.c.ingſitiōis.de accuſa. Cu-
ius ꝯrium tenuit Ant.de but. ibi aſſerens
hoc vtroqꝫ caſu ꝓcedere. Et pro opi. Ant.
de butri.contra Jo.an.facit q꞉ ſymonia eſt
crimen publicum:qđ dr̄ par eſſe crimini le-

ſe maieſtatis.C.de epi.ꝛ cle.l.ſi quenqꝫ. Qui
tex.in hoc ꝓpoſito eſſet lr̄is aureis ſcriben-
dus. Cuius ēt pars hr̄.xv.q.iij.in.c.ſane.ꝛ
.vj.q.i.ſiquis cuꝫ militibus.§.porro.vbi dr̄.
Sane quiſqs hanc ſcām ꝛ venerandā An-
tiſtitis ſedem pecunie interuentu ſubijſſe:
aut ſiquis vt alteꝝ ordinaret vel eligeret:
aliquid accepiſſe detegitꝰ: ad inſtar publici
criminis ꝛ leſe maieſtatis accuſatiōe ꝓpo-
ſita:a gradu ſacerdotis retrahatꝰ. Crimē.n.
leſe maieſtatis punitꝰ ꝑpetua infamia:ꝛ qui
illud incurrunt ab oībus honoribus abij-
ciuntꝰ ꝛ īhabiles reddantꝰ. Jmmo vltimo
ſupplicio afficiuntur.C.ad leg.iul.maie.l.gſ-
quis.ergo tales ſymoniaci oīno ēt ſi pnīas
peragerent:abijciendi:ꝛ a papatu ꝛ benefi-
cijs remouendi videntur. ¶ Jtem ꝛ forti-
us electio facta ad papatum per violentias
ꝛ imꝓſſionem nulla eſt ipſo iure. Cum ele-
ctio dici non poſſit:que non eſt volūtaria:
ꝛ que a pura ꝛ libera voluntate eligentiuꝫ
(habito reſpectu ad merita eligendoruꝫ)
non ꝓcedit. Sed ſi alr̄ fiat:dr̄ potius violē-
ta intruſio:vt bene ꝓbat tex.xxiij.di.in no-
mine dñi.ꝛ in.c.vbi periculus. de ele.in.vj.
adeo ꝙ electus per imꝓſſionem ꝛ coactio-
nem:non pōt dici Papa aplicus. Sed ma-
gis intruſus ꝛ apoſtaticus: vt dicit tex.in
d.c.in noīe dñi. qui nullibi correctus appa-
ret:ibi. Qđ ſiquis contra hoc Decretū nrīs
ſynodali ſententia ꝓmulgatum:quaſi ꝑ ſe-
ditionem: aut ꝓſumptionem aut quolibet
ingenio electus vel ordinatus ſeu introni-
ꝫatus fuerit auctoritate diuina ꝛ ſcōꝝ apo-
ſtoloꝝ Petri ꝛ Pauli perpetuo anathema-
te cum ſuis auctoribus ꝛ fautoribus ꝛ ſequa-
cibus a liminibus ſcē dei eccleſie ſeparatus
abijciatur:ſicꝰ antixp̄s inuaſor ꝛ deſtructor
totius xp̄ianitatis ꝛc.ad idem eſt tex.in.d.
c.ſiquis pecunia ibi.aut ppl̄ari ſeu militari
tumultu ꝛc. Sed nulla ꝓfecto maior eſt im-
preſſio mentis:nulla grandior aī violentia
q̄ꝫ ſit pecunia ꝛ auaritia:q̄ eſt idoloꝝ ſerui-
tus. Juxta illđ Pauli apl̄i ad Ephe.v.c.ꝛ
illud Maronis:qd nō mortalia pectora co-
gis auri ſacra fames. Ergo ſeqtur ꝙ talis
electio per ſymonie imꝓſſionem facta:dici
non pōt libera nec voluntaria: ſed per ſor-
des:per corruptelam:per impreſſiones vio-
lenter obtēta:ꝛ ꝯñr ꝙ nulla ꝛ inualida ꝓr-
ſus exiſtat: etiam ꝙ a Cardinalibus facta
fuerit: ꝓut de ſe pȝ ꝛ aperte ꝓbat aureus
tex.in.c.vbi periculum.§.ceteꝝ.de elec.li.vj.

rit per concilium expediūtur cāe ipſe. Sed
melius erit dicere ꝙ in cauſis quoqꝫ priua
tis et alijs qbuſcunqꝫ negocijs per conciliū
expediendis ſeruanda ſit et ſeruari debeat
pratica ſupraſcripta tanq̄ꝫ vtilis et magis

erpediens cum nō deceat tantā vlis cōcilij
cōgregationē in hijs īpediri ⁊ tps ꝯterere.
¶ Ex his inferri, queriqꝫ conſueuit. An cō
cilium Papa. Imperator: ⁊ alius quilibet
Princeps ꝓceſſum: iudicioꝝqꝫ formam ⁊
ordinem ſeruare teneant: ſaltem in his que
concernunt citatiōem ⁊ nālem defenſionē,
cum iſta iure nāli debita ſint: vt per Prin-
cipem tolli non poſſint ar. in. c. ad apſice. de
re. iudi. lib. vj. Et melius in cle. paſtoralis.
eo. ti. ⁊ dicendū vr̄ ꝙ ſic. Probat apte in. c.
qualr̄ ⁊ qn̄. il. ij. de accuſa. ⁊ vr̄ tex. formalis.
in. c. in cauſis. extra de re. iudi. vbi dr̄: ꝙ in
cauſis que ſummi pontificis iudicio deci-
dunt: ⁊ ordo iuris: ⁊ vigor eqtatis eſt ſubti
liter obſeruādus. Niſi forte cum aliqd cau
ſa neceſſitatis inſpecta diſpenſatiue duxerit
ſtatuēdum. Sed ꝯ pmiſſa fortiter ſtringit:
qđ ibi voluit Hoſti. quem Io. an. Abb. pa
nor. ⁊ alij cōiter referunt: ꝙ. ſ. cōſuetudo cu
rie Ro. hꝫ ꝙ per narrationem facti: ⁊ vba-
lem petitionem ⁊ ſubſequtam rn̄ſionē par
tium coram papa ⁊ Cardinalibus lis con
teſtata cenſet. Nullo libello in ſcriptis obla
to: ꝯ id qđ hr̄ in. d. c. i. de lib. obla. Et rō vr̄
eſſe in promptu: qꝛ obſeruatio terminoꝝ: ⁊
ordo iudicialis cū ꝓceſſu in cauſis ītrodu-
cta fuit de iure poſitiuo: ſed princeps eſt ſu-
pra ius poſitiuū: ⁊ tali ſua lege poſitiua nō
ligat. ff. de legi. l. princeps legibus. de cōcer.
pben. c. ꝓpoſuit. ix. q. iij. cūcta per mundū.
Quia qcquid placuit principi pro. l. ſeruan
dum eſt. inſti. de iure natu. §. ſed qcquid. vn̄
pro qualicūqꝫ pncipis ꝓceſſu pſumit. Nec
eſt pſumendum ꝙ eius ꝓceſſus vel iudici
um rugam habeat: vel maculam aliquam.
xxiiij. q. i. c. in ſede. ⁊ c. hec eſt fides. Nā co-
ram Principe oīa pſumunt ſolēniter acta.
xxv. q. ix. c. apſice. C. de appel. l. ne cās. no. ex
tra de reſcrip. ad audientiam. Per que iu-
ra dici pōt ꝙ pn̄tia Pape: ⁊ Ceſaris in cō
cilio ſuppleat oēm defectus iuris poſitiui. l.
oium. C. de teſta. no. Inno. in. c. i. de lit. cōte.
Ubi dicit ꝙ pn̄tia Pape ſupplet defectum
ſolēnitatum. d. l. oīum. ⁊ c. i. de tranſla. pla.
Et q̄uis dici conſueuerit ꝙ Princeps vi-
uere dꝫ ſm iura ſua. C. de legi. l. digna vox. ⁊
l. princeps. ff. eo. Attn̄ doc. hanc heſitationē
diſtinguendo breuiter ſoluunt: in alleg. c. in
cauſis. vbi dicunt ꝙ duplex eſt ordo iudi-
cialis. Quidam inductus eſt mero iure po
ſitiuo: ⁊ illius defectus non hꝫ vitiare pro-
ceſſum coram principe agitatum per iura

vltimo loco inducta: qꝛ vt dixi lege ſua po-
ſitiua non ligat princeps eius conditor: nec
eam ſeruare de neceſſitate tenet q̄uis de
bono: equo: ⁊ honeſto eam ſeruare deberet
d. c. ꝓpoſuit. ⁊ d. l. digna vox. Quidam al-
ter eſt ordo iudiciarius fundatus ī mera di
ſpoſitione iuris nālis: qđ qdem ſeruare rō-
ne nāli monemur: ⁊ quaſi cōpellimur: etiā
ſi nulla lex ſcripta eſſet in mundo: ꝓut eſt
ꝙ pars non ꝯdemnet niſi citatione pcedē-
te: vt ſe defendere poſſit: cum defenſio etiā
diabolo non ſit deneganda: vt rō ipſa natu
ralis dictat. Et rō eſſe pōt: qꝛ nos ignora-
mus defenſiones que cōpetere pn̄t in facto
ipſi ꝯdemnando: ꝓut probari vr̄ in. c. lꝫ. de
pben. in. vj. Qđ et nos docuit ſummus ille
⁊ infallibilis iudex: qui ſolus cordiū ſcruta
tor eſt: quem nullum latet ſecretū: cū Ada-
mum delinquentē ⁊ mādatoꝝ ſuoꝝ trans
greſſorem condēnare voluit: qꝛ non pus eū
condemnauit: ⁊ de Paradiſo voluptatis
eiecit: q̄ eum vocauerit ⁊ audierit, vt hr̄ in
lib. Geneſeos. Ubi dn̄s citādo vel admonē
do inqt. Adam vbi es ⁊c. extra de accuſa.
qualr̄ ⁊ qn̄. Concludendo igit dr̄ ꝙ iſte or
do citationis ⁊ naturalis defenſionis a pn-
cipe vel a ꝯcilio omitti non pōt. Et ſi omit
teret non valeret ꝓceſſus neqꝫ ſententia.
Qđ terminaſſe vr̄ tex. iuncta eius glo. ⁊ ibi
no. i. l. fi. C. de legi. vbi hoc firmat Bal. ⁊ tex.
in. d. cle. paſtoralis. de re. iudi. qđ dicit Pa
nor. in. d. c. in cauſis. bene eſſe notādum: re-
mittendo ad dicta per ſe circa hoc. in. c. cū
olim. de accuſa. ⁊ ad no. per Cy. in. l. reſcri-
pta. C. de pci. impa. offeren. vnde bene dice-
bat Bal. in. d. l. fi. in prin. ꝙ ſententia princi
pis nō valeret niſi pte citata, ſed dici poſſet
de nullitate, vt eſt ibi tex. no. cum ſua gl. Et
ideo inqt ipſe pars eſt citanda: vt poſſit ſe
defendere, qꝛ defenſio eſt de iure gentiū ſeu
nāli: ⁊ ideo non pōt auferri per principem.
ff. de re. mili. l. iij. §. ſi ad diē. ⁊. d. cle. paſtora
lis. ff. de adop. l. adoptio. p iura. ⁊ l. nā ita di
uus. cum ſi. ¶ Item coram principe reqri-
tur ſm eum examinatio ⁊ ventillatio vita
tis: qꝛ inqſitio vitatis eſt de iure gentium.
Unde lꝫ princeps non teneat obſeruare ſo
lēnitates legales: obſeruatio tn̄ iuris gētiū
non dꝫ deeſſe: qꝛ pertinet ad nālem eqtatē:
⁊ hoc probari dicit ipſe in. d. l. ſi. in prin. ibi
cām cognitionalr̄ examinauerit. Hinc eſt
ꝙ aliqui concludunt, ꝙ de nullitate ſenten
tie. Pape: concilij: Impatoris: et cuiuſcūqꝫ
ſuppremi

ſuppremi pncipis:dici qnqꝫ pōt. Eiſdē met ſupplicando aut coꝛam ipſis q̄relando ad finem ꝙ ipſimet de dicta nullitate cognoſcant:et iteꝝ melius pronuncient. ar. C. de accuſa. l. ſi accuſatoꝛibus. iuncta l. abſentē. in l. ſi vt proponis. et in l. ſi pſes. C. q̄uo et q̄n iudex. no. in l. ſi expſſim. ff. de appel. Mo ſi huiuſmodi nullitas ex actis cauſe colligi poſſet. Proceſſus producendus eſſet: etiam ſi hmōi nullitas ex diſpoſitiōe iuris poſitiui reſultaret:prout hr̄ in iuribus ſ. alleg. no. in .c. q̄m ꝯ. de proba. in. c. ſi. eod. ti. et in. d. c. in cauſis. de re. iudi. Et per hoc eneruaret̄ illa pſumptio iuris et de iure: que facit ꝙ geſta coꝛam principe:rite et legitime geſta cenſeātur:et ꝙ pro ipſo pſumāt̄ prout ſ. diximus. ¶ Hec tm̄ quo ad ea que ſunt iuris poſitiui procedere crediderim gn̄alr̄ et regulariter. Sed ſecus ſi papa:concilium:aut Ceſar, alr̄ ex eoꝝ certa ſcientia ſtatuiſſent circa pmiſſa. Puta ꝙ de nullitate proceſſus talr̄ formati:vel ſententie talr̄ promulgate licet eſſent ꝯ diſpoſitiōem iuris poſitiui:dici nō poſſet ⁊c. ar. in l. i. ff. de conſti. prin. et in cle. ſepe. de verb. ſig. iunct. cle. diſpendioſam. de iudi. et extrauag. ad reprimendū. cum his que no. vtrobiqꝫ per ſcribentes. ¶ An autem a ſententia concilij appellari poſſit:niſi forte ad ſeipm prout de nullitate quoqꝫ ſ. dcm̄ fuit. Inducunt̄ in ar. pro parte negatiua:que de ſenatu dīr:cum concilium ſit loco ſenatus. xv. q. i. c. eccleſia. vbi dr̄. ꝙ eccl'ia hꝫ ſenatus, a quo qdem ſenatu appellare nō lꝫ. ff. a qbus appel. non lꝫ. l. i. §. i. et no. ff. de poſtu. l. i. §. ait ptoꝛ. v̄ſi. ceteꝝ. vbi bona glo. in ver. de qua. que ponit q̄tuoꝛ prerogatiuas: in qbus ſenatus principi equerat̄. vꝫ. in dād do reſtōnem vt ibi in vetando aquam duci ex flumine publico. ff. de flumi. l. q̄minus. ꝙ ab eo non appellet̄. ff. a qbus ap. non li. l. i. §. ſciendum. Item in cōponendis legibus. ff. de legi. et ſenatuſconſul. l. non ambigitur. Que omnia concilio quoqꝫ generali competere dignoſcuntur, per premiſſa.

¶ An in ſentētijs vel decret̄ ꝯcilij: plati oēs pn̄tes eē, et vnanimit̄ cōſentire debeāt.

NUnquid aūt in his ſententijs ferēdis, decretis et cōſtitutionibus promulgandis. Prelati oēs vocales:q ad concilium conuenerunt pſentes eſſe:et vnanimiter conſentire debeant:ad hoc vt actus valeat? dubitari quandoqꝫ conſueuit. Sed quo ad primam partē queſiti videnda ſunt que diximus ſ. in tit. qui et quot Epi vel Prelati requirant̄ ad legitimum concilium conſtituendū. Et per illa que ibi deducta fuere, breuiter dici poſſet:ꝙ ſaltem due partes oīum vocandoꝛuꝫ pſentes eſſe deberent ad hoc vt concilium legitimū eſſet:et legitime pronunciare poſſe diceretur. ar. eoꝝ que de alijs vniuerſitatibus dicere conſueuimus. ff. qd̄ cuiuſqꝫ vniuer. no. l. plane. et. l. nulli. vt. n. ingt glo. Due partes ordinis in vrbe poſite: totius curie inſtar exhibent. C. de decurio. l. noiationum. lib. x. Cōis igit̄ concluſio quo ad alias vniuerſitates eſſe vr̄ vt ſ. dcm̄ fuit:ꝙ ad hoc vt vniuerſitas legitima dici poſſit: ſaltem due partes trium partium oīum vocandoꝝ pſentes eſſe debent ad hoc vt legitime aliqd decernere valeant:q2 alr̄ qd̄ a paucioꝛibus fieret noīe vniuerſitatis nō valeret. Ita cōcludunt doc. in. d. l. nulli. Bar. in l. oēs ppl'i. ff. de iuſti. et iure. glo. et doc. in. c. lꝫ. in. c. oſius. in. c. in cauſis. et in. c. cum nobis. de elec. in. c. cum oēs. de conſti. et alibi. vnde benedixit Bar. in. d. l. oēs ppl'i. in. iij. col. v̄ſi. ſcdo. quero:ꝙ non ſufficit oēs vocatos eſſe: niſi ſaltem due partes ſint pſentes. C. de pdi. curia. l. ſi. lib. x. ſed in caſu nr̄o:quicqd dicatur in alijs vniuerſitatibus: dōm eſt ꝙ hmōi regula et quaſi cōis opio legiſtaꝝ et canoniſtaꝝ locuꝫ non hēat:nec vnq̄ꝫ habuerit: aut habere poſſit in materia concilioꝝ. Et propterea in hoc dōm eſt cum Jo. an. et Abb. Panoꝛ. poſt eum in. c. ſcriptū. de elec. in. iij. col. v̄ſi. idem dōm hodie etc. ꝙ in concilio gn̄ali non proceditur ſm alias vniuerſitates:ſed magis proceditur ſm coꝛpa prouinciaꝝ et diuerſaꝝ nationum:que habent cōuenire ad conſtituendam vniuerſitatē concilij. Quo caſu ad validitatem ſententiaꝝ: Decretoꝝ et Actuum expediendoꝝ in concilijs non reqritur pſentia dictaꝝ partium: ſeu ēt maioꝛis partis vniuerſoꝝ. Nec etiā maioꝛ parſ capitum et pſonaꝝ ipſaꝝ nationū. Sed ſuffic̄ ꝙ maioꝛ ps coꝛpoꝝ et nationū totius xp̄ianitatis conueniat et pſens ſit:ad hoc vt concilium legitimuꝫ et ea que in ipſo fiunt canonice et legitime facta dici poſſint:lꝫ forte in maiori pte nationū. Pauciores eſſent numero ſinguloꝝ capitum: vt puta q2 forte nationes non conuenientes

vel diſſentientes eſſent plures in numero
pſonaꝝ et prelatoꝝ: ſed pauciores reſpectu
aliaꝝ nationum: ſiſe eſſe dicit. Idē Panor.
cum hoīes diuerſoꝝ officioꝝ cōueniunt vi
gore alicuius ſtatuti: ⁊ eis iminet aliqd ex-
pediendum. Nam ſi in illo actu conueniūt
vti vnū corpus: ſatis eſt habere maiorē par
tem ſingulorꝝ: ſꝫ non conueniat maior pars
ſingulorꝝ corporꝝ. Secus vō vbi illa diuer-
ſa corpora diuerſaꝝ artium non ꝯcurrerēt:
vt vnum corpus vnius vniuerſitatis con-
ſtituerent, ſed vt diuerſa ⁊ diſtincta corpo-
ra repñtarent: qꝛ tūc ad validitatem actus
non ſufficit maior pars ſingulorꝝ. Sed opꝫ
ꝙ ꝯueniat maior pars ipſorꝝ corporum: vt ſi
eſſent tria corpora diuerſorꝝ artificum: duo
corpora maiorē partem ꝯſtituent. alleg. bo-
nus tex. iūcta eius gl. in. c. paſtoralis. ꝑ rñſo.
de reſcrip. ¶ Et ſubdit ꝙ ex diuerſis circū
ſtantijs poterit cōprehendi. An iſti conue-
niant vt diuerſa corpora an vt faciētes vnū
corpus: qꝛ ſi dant̃ voces in vnum: non pōt
dici ꝙ illi ꝯueniant niſi vti facientes vnus
corpus ⁊c. Que ꝯclō bene ꝓbat̃. in. d. c. ſcri
ptum. Et idem ꝓſequit̃ ⁊ firmat. Idē Pa-
nor. in. c. i. de paroch. in fi. Idemqꝫ ſentire
dicit Bar. in. l. fi. ff. de colle. illici. Per q̄ cla
re pꝫ quod dictum fuit ſ. circa quantitatem
⁊ preſentiam Patrum in concilio.

¶ An oēs pñtes eē ⁊ ſe ſubſcribere dēant.

Quo ad ſcđm q̄ſitum huius ti
tuli. Nungd. ſ. oēs prelati pre
ſentes in concilio ꝯſentire ⁊
ſe ſubſcribere debeant: ad hoc
vt que gerunt̃ valeant. Pro
clara deciſione huius dubij
conſyderari pñt diſtinctiones ille que fiūt
per glo. ⁊ doc. in reg̃. l. qḋ oēs tangit. de re-
gu. iur. in. vi ⁊ in. c. cum oēs. extra de cōſti.
Dū inueſtigando conſyderant: ꝙ aut illud
qḋ expediendum eſt a pl̃ibus: eis cōe eſt vt
ſingulis, aut eis cōe eſt vt pl̃ibus: vt colle-
gio: vel vniuerſitati. Primo caſu nihil valꝫ
qḋ fit ēt a maiori parte: niſi oēs ⁊ ſinguli cō
ſentiant: vt puta in ꝯceſſione hauſtus aque:
que pl̃ibus eſſet cōis ⁊ ꝓpa. ff. de aqua plu.
arcen. l. in concedendo. Ut in ſeruo pl̃ium
qui ordinari clicus non pōt: niſi ſingulis
dñis conſentientibus. liiij. di. c. i. vt in Ar
chiepō qui ſm tpa illa ordinari nō poterat,
niſi oībus ⁊ ſingulis Epis eius ſuffragane
is conſentientibus: alias ordinatio erat nul
la. lxvj. di. archiepꝰ. extra de tempo. ordi. c.
ſi archiepꝰ cum ſi. Scđo caſu qñ aliquid cō
mune eſt: ⁊ ad multos ꝑtinet, vt pl̃ibus vt
puta: vt collegio: vt caplo vt vniuerſitati:
tunc ſubdiſtingunt. Qꝛ aut illud qḋ expedi
tur, eſt neceſſitatis: aut eſt mere voluntatis:
ſi eſt neceſſitatis: vt ſunt electiones: confir-
mationes, reꝝ eccliaſticaꝝ pro vtilitate ec-
cleſie alienationes ⁊ hmōi, tūc illud qḋ fit:
ſufficit ꝙ fiat a maiori parte ipſius vniuer
ſitatis ad validitatem actus: vt ꝓbat̃, extra
de his que fi. a maio. par. capi. c. cum in cū-
ctis. Eſt tñ neceſſarium his caſibus: ꝙ ab-
ſentes vocent̃: iuxta tex. ⁊ no. in. c. qḋ ſicut.
⁊ in. c. venerabilem. de elec. cum concor. qꝛ
alias ſi agere vellent de contemptu actus:
non valeret. In his vō que mera voluntate
⁊ nulla neceſſitate impellente fiunt. Nihil
fieri pōt niſi oēs ⁊ ſinguli conſentiant. d. c.
cum oēs. ⁊. d. regula. qḋ oēs. ¶ Quo caſu
conſentire ēt debent vt collegium: ⁊ in cōi
collegialr̃ congregati. Non aūt diuiſim ⁊
ſingulr̃ vt ſinguli ar. c. cū. m. de conſti. ⁊. c.
in geneſi. extra de ele. vbi bona glo. in ver.
nec ex ſingularibus: ſed eſt melior glo. in. d.
c. cum oēs. de conſti. in ver. cōſtitutū. Quas
doc. ibi cōiter ſequunt̃: ⁊ ſignandam eſſe di
cunt: ⁊ q̄tidie allegat̃. Et per eā ⁊ q̄ ibi ſcri
bunt̃ per doc. capiendo ſcđam partem ipſi
us glo. determinari poſſe vr̃ heſitatio nr̃a
inferendo ꝙ cum cauſe vl̃is concilij ad oēs
Epos ⁊ ꝑlatos principalr̃ ſpectent: vt vni-
uerſitati ⁊ collegio totius ecclie militantis:
que per conciliū gñale repñtat̃: ꝓut pl̃ies ſ.
dcm̃ extitit. Sufficit ꝙ maior pars ꝑlatorꝝ
ſeu nationum pñtium conſentiat, determi
net, ⁊ ſubſcribat. ¶ Que approbat Abba.
panor. in. c. i. de pac. in. iij. no. vbi per illum
tex. in ver. vniuerſi. Dixit ꝙ gñale conciliū
eſt q̄dam vniuerſitas. Et ꝙ in concilio exi-
ſtentes. Non vt ſinguli ſed vt vniuerſitas
diſponunt. Qꝛ concilium repñtat vl̃em ec-
cleſiam. de con. di. i. ecclia. Et ꝓpea dicit ꝙ
in diſpōnibus concilij ſtandum eſt iudicio
⁊ determinationi pl̃imorꝝ. alle. bonum tex.
lxvj. di. c. i. Quia reglr̃ in factis vniuerſita-
tis ꝑualet ſentētia pl̃imorꝝ: vt in. c. i. de his
que fi. a maio. par. capi. ⁊ in. l. aliud. §. refert̃.
ff de reg. iur. ⁊ in. l. qḋ maior. ff. ad munici.
Poſſet tñ forte dici ꝙ cauſe que in cōcilio
tractant̃ habito reſpectu ad fidē catholicā
ſ. Item ſcđario ſingulr̃ ad ſingulos ꝑtinent:
quia

quia vnuſqſq; fidelis chrianus fidem chri
hēre tueri qʒ tenet. Sed hoc caſu nr̄o aliḋ ē
qḋ dr̄:q2 in concilio non ſunt epi:vt ſeipſos
iudicent:vel vt cās ſuas agāt ſed alioꝝ. Uñ
in ꝓpoſito nr̄o cuʒ cāe ipſe que in concilio
expediunt:non mera volūtate: ſed ſumma
impellente neceſſitate expediant:vt dcm̄ fu
it:ꝛ ꝓbat.xv.di.canones.ꝛ q̄ſi per to. Pro
bant concilia oīa pterita:ꝛ confirmat p iu-
ramentum qḋ ab Epis ꝛ prelatis pſtat:in
eoꝝ confirmationibus vel conſecratiōibus:
extra de iureiurā.ego.n. Ex his ꝛ alijs plu
ribus que adduci poſſent concludendū eſſe
vr̄ cum Panor.ꝙ vbi concilium legitime
congregatum fuerit, ſi nationes xp̄iane in
competenti numero cōuenerūt. Satis erit
ꝙ maior pars aſtantium ꝛ reſidentium ſu
um pbeant conſenſum ꝛ ſubſcribat. Quia
quicqd fit a maiore parte collegij ab oībus
concorditer factū eſſe cenſet.extra de maio.
ꝛ obe.c.i.vbi eſt gl.ſi. Ad hoc Ant. de but.
ꝛ alij.poſt eū ibi.ꝛ in.c.i.de his que fi.a ma
io.par.capi. Et ita ſeruatum fuiſſe ſemp in
oībus concilijs:antiqua ac veneranda prius
monimenta nos admonere pn̄t. Quis tñ
in iſtis vltimis concilijs concordatū fuiſſe
videat:ꝙ res ꝛ negocia,ac decreta oīa: per
maiorem partem pſidentium: nationū:cuʒ
ſuis deputatis collegis: non aūt p ſingloꝝ
vota expedirent. ¶ Ceteꝝ qm̄.ſ.dcm̄ fuit:
ꝙ in his que expediunt cā neceſſitatis: ſa-
tis eſt ꝙ maior pars conſentiat. Idem di-
cunt Inno. ꝛ doc.in his que expediunt cā
vtilitatis.ſ.publice: vt hr̄ in.c.i.de his que
fi.a maio.par.capi. Et idem dicit Abb.in
caſibus pietatis.vt no.in.c.ſi.extra eo. Qḋ
ſi ꝯ pmiſſa obijceret:ꝙ collegius Cardina-
lium conuenit vt vniuerſitas,ꝛ tñ non va
let actus electionis pape niſi due partes tri
um partium conſentiant. Rñ. Illud eē ſpe
ciale.c.ls.de elec.c.vbi piculum.eo.ti.lib.vj.
cum concor. Circa pmiſſa aūt alr loqtur.
Idem Abb panor. in.c.in ſingulis. de ſta.
mo.in.ij.col. in verſi. item aduerte. Nam
ibi diſtinguendo dicit:ꝙ quando plures fa
ciunt vnum corpus:ꝛ illi omnes repreſen-
tant vnum tantum. Puta plures oratores
vel legati repreſentant Papam: vel Impa-
torem:vel plures heredes aut procuratores
vnum patronum beneficij. Si iſti habent
poteſtatem extraordinariam puta delega-
tam. Tunc omnes debent eſſe cōcordes ad
hoc vt actus valeat. Qḋ dicit ſemp eē mē-
ti tenendum:pro plibus preſidentibus loco
pape in concilio gn̄ali. Q2 ops illos oēs in
vnum concordare ꝛ conſentire: alias ꝯdi-
ctio vnius inficeret totum. Si aūt multi in
vno corpore:vel in vna vniuerſitate conue-
niunt plꝰes repn̄tantes. Tunc ſufficit quod
facit maior pars eoꝝ:non obſtante ꝯdictio
ne minoris partis totius concilij vel vni-
uerſitatis:q2 ſtandum eſt diſpoſitioni plu-
rimoꝝ. Et ſic dicit poſſe itelligi tex. lxv.di.
ibi. Qḋ ſi aliq aioſitate ducti: ꝯdicere vo-
luerint:obtineat ſententia plimoꝝ. Et iſtḋ
ideʒ ſentire vr̄ Bar.in.d.l.nulli. in vlt.col.
circa fi.vbi dicit:ꝙ qn̄ ſunt plꝰes hn̄tes pote
ſtatem ab hoīe: tunc oēs debent eſſe pn̄tes.
l.ites ſi vnus.§.i.in fi.ff.de arbi.ibi.Sed aut
oēs aut nullus ꝛc. Qñ vero ſunt plꝰes habē
tes poteſtatem a lege,tunc ſm eum ſufficit
ꝙ maior pars interſit.l.reſcriptum.in prin
ci.ff.de pac.vel alr̄ ſm eundem Bar.aut cō
mittit aliqd plibus vt vniuerſis. Puta ſub
noīe collegij vel vniuerſitatis : ꝛ ſufficit ꝙ
maior pars expediat. Aut cōmittit plibus
vt ſingulis,ꝛ tūc aut a lege: aut ab hoīe ꝛc.
vt.ſ. Sed qcquid dixerit Bar.ibi.et in.l.oēs
ppli in.iiij.et.v.col.vſi.quero ſcḋo pncipalr
ff.de iuſti.et iu. Bal.in.d.l.nulli.in vlt.col.
Cui placere non vr̄ pdicta diſtinctio Bar.
eleganter dicit ſe tn̄mō cōſyderare. Utrū
cōmittatur aliqd vt vniuerſis:an vo vt ſin
gulis. Non aūt nunqd hoc fit a lege vel ab
hoīe ꝛc. Mihi vero poſtulata ab eo venia:
multū ꝓbabilis et rōni cōſona vr̄ diſtīctio
Bar.et Panor.vbi.ſ. Q2 qn̄ cōmiſſio ē ab
vno hoīe:tūc illi oēs qtquot ſunt: vnicū tm̄
hominem repn̄tant. Cuius non niſi vnica
volūtas eſſe pōt:q nō pōt ꝯria velle. Nimi-
rum ergo ſi non vʒ id qḋ fit a plibus vnus
hoīem repn̄tantibus:niſi oēs oīno conſen-
tiant,et in idē cōcurrant. Qḋ qdeʒ iudicio
meo optime ꝓbatur.ar.tex.et eoꝝ q no.i.c.
duobus.de re.iudi. Unus enim|vt dixi|nō
pōt ſentire ſibi ipſi ꝯria:vel varia:qn repro
betur:ar.eoꝝ q de teſte dicere cōſueuimus.
l.q falſa vel varia.ff.de teſti. Secus aūt cōſy
derari pt:i ptāte a iure:vel a.l.tradita.q2 lex
eſt vlis.iiij.di.erit aūt lex. et mitius agitur
cū.l.q̄ʒ cū hoīe.no.in.l.celſus.in.i.glo.ff.ḋ ar
bi. Et ppea cū lex tm̄ cōſyderet, vt cāe et ne
gocia expediantur p plꝰes hoīes qadinuicem
diuerſa ſentire et diuerſas opīones hr̄e pn̄t.
Incōgruū non vr̄:ꝙ dicti doc.dixerit: aliḋ
eē cū cōmittitur a lege: aliud cum ab hoīe.

R

¶ An vniuerſale cõcilium iuriſdictionem habeat.

SEquitur nunc tertius huius voluminis tractatus. Qui ſm ꝑfatio
nis noſtre intentionẽ: Poteſtatis, Iuriſdictionis: ⁊ Auctoritatis Gñalis cõcilij materiã continet. In qua
ſcribentium fere oĩum
totius laboris decurrit intentio. Pro ſolido
igit̃ fundamento oĩum .ſ. dicendoꝝ. Querẽ
dum ꝑ occurrit: iuxta ordinem a nobis ſupra inſtitutum. Nunqd vle concilium legitime congregatum iuriſdictionem habeat.
Et vnde. Et q̃uis iſtud q̃ſitum dependat
ex illa perdifficili ⁊ varia q̃one. An ptãs ec
cleſiaſtica ſit in ſolo papa. vt ĩ capite ⁊ hierarcha ſummo: a quo ptãs ipſa tanq̃ a ſuo
capite in vlem ecclãm vt in corpus defluat. An vo ecclia ipſa vlis ⁊ per eas gñale cõ
cilium plenam ptãtem a deo imediate obtinuerit. De qua exquiſite magis dicet̃ .ſ. in
loco ꝓprio. Attñ pro ſuſtentatione intentionis: de qua .ſ. Pro nunc dõm vr̃ r̃ndendo
vtriqȝ heſitationi ꝙ negari non poſſit qui
iuriſdictio ⁊ poteſtas ecclie vlis: vt corpori
non minus q̃ȝ Petro vt capiti ⁊ apl'oꝝ prin
cipi data fuerit a Chr̃o dño Deo nr̃o: ac totius orbis ꝓncipe inuictiſſimo optimo maximo. Qḋ ꝓbat tex. optimus. in. c. ita dñs.
xix. di. Ibi. Sed huius muneris ſacrm̃. Ita
dñs ad oĩum apl'oꝝ officium ptinere voluit: vt in btĩſſimo Petro apl'oꝝ ſummo prin
cipal'r collocaret: vt ab ipſo q̃ſi a quodã capite dona ſua velut in corpus oẽ diffunderet ⁊c. Et. xxi. di. in. c. in nouo. dr̃ ꝙ Petrus
primus accepit a dño ptãtem ligandi ⁊ ſol
uendi. Poſtea ſeqtur ceteri vo Apl'i cũ eo
dem pari cõſortio honorem ⁊ ptãtem acceperunt: ⁊ .ſ. ipſis quoqȝ decedentibus in lo
co eoꝝ ſurrexerũt epi ⁊c. Hoc idẽ hr̃. xxiiij.
q. i. loquit̃. qui eſt ad hoc bonus ⁊ notabilis
tex. Qḋ aũt concilium gñale habeat vlem
iuriſdictionem ⁊ oĩmodam ptãtem. Et ꝙ
ſit in poſſeſſiõe vel quaſi hmõi iuriſdictionis ⁊ ptãtis. Patet ex geſtis oĩum concilio
rum hactenus celebratoꝝ: que hac vli iuriſ
dictione libere ſemꝑ vſa fuere: ꝓbat̃ extra
de elec. oſius. de pac. c. i. ⁊ melius in. c. i. de
iudi. Ubi Bal. dixit per illus tex. ꝙ cõcilium
hȝ poteſtatem clauiũ ⁊ excõicare põt q̃uis
Abb. panor. ibi tex. illum intellexerit de cõ
cilio ꝓuinciali arguẽdo nihilominus a maiori q. ſ. fortius poſſit epos excõicare: ⁊ de
cauſis eoꝝ cognoſcer̃. Et ꝯ ipſius Pan. opi.
inſtant moderni ⁊ bñ: q. ſ. d. c. de quo vult
deo loquat̃ de concilio gñali ⁊ nõ de ꝓuin
ciali: qꝛ vt pȝ in ꝑſcriptione eiuſdem fuit de
cretale concilij Aphricani, ⁊ eſt lex gñalis
in corpore iuris redacta: qḋ non fuiſſet factum de ꝯſtitutione ꝓuinciali: qꝛ ꝓuinciales tm̃ ligare potuiſſet: ⁊ ad ꝑdicta: fac̃ tex.
in. c. i. de ſponſa. vbi Abb. panor. no. per illum tex. poſt alios: ꝙ cãe matrimoniales ⁊
alie tractari pñt in ꝯcilio. Et ex hoc ĩfert ꝙ
concilium hȝ iuriſdictionem in cauſis deci
dendis: extra de libel. obla. c. ignarus. cum
concor. Et arguendo de concilio ꝓuinciali
ad concilium gñale: faciunt que le. ⁊ no. xi.
q. iij. ſiqs ꝑsbyter. ⁊. c. ſiquis eps. bonus tex.
in. c. ſcitote. vj. q. iij. Ibi. alioſqȝ ſuffraganeos. x. vel. xi. epos iudices. Ad quoꝝ iudiciũ
oẽs cãe epoꝝ reliquoꝝ ſacerdotum ac ciuitatum referant̃ ⁊c. Faciunt que no. per In
no. in. c. graue. de ꝑben. ⁊ alibi. Ex qbus ma
nifeſte pȝ ꝙ poteſtas clauium: que data fuit
Petro vt capiti: ⁊ apl'is vt mẽbris ſiue cor
pori ſit penes concilium gñale corpus vlis
eccleſie repñtans. Que quidem eccleſie ſeu
concilij Poteſtas: nõ tm̃ ab ipſo chr̃o emanauit pari ꝯſortio cum poteſtate Petri põ
tificis maximi. Sed ab ipſo quoqȝ chr̃o po
ſtea Petro interrogante ⁊ audiente confirmata fuit. Matthei. xviij. c. Tranſumptiue
aũt extra de iudi. c. nouit. Cum dñs dixit
Petro ſi peccauerit in te frater tuus vade
⁊ corripe eum inter te ⁊ ipſm ſolum, ⁊ .ſ. ꝙ
ſi te non audierit dic ecclie. Qḋ ſi ecclãm
non audierit: ſit tibi tanq̃ȝ ethnicus ⁊ publi
canus. Et imediate ꝓſequitur. Amẽ amen
dico vobis. Qḋcunqȝ ligaueritis ſuꝑ terras
erit ligatum ⁊ in celis ⁊c. Ecce ergo ꝙ xp̃s
non ſolum ptãtem clauium ⁊ ordinis. Sed
etiam ptãtem iuriſdictionis eſſe in ecclia ⁊
in apl'is oĩbus eam repñtantibus manifeſte cõprobauit. Qḋ atteſtari vr̃. tex. extra de
peni. ⁊ remiſ. in. c. noua quedam. vbi dr̃ ꝙ
dñs apl'is vniuerſis claues regni celoꝝ cõ
miſit. Per quem tex. Io. an. ⁊ Abb. panor.
poſt eum. ibi. no. ꝙ ambe claues non ſolum
Petro: ſed oĩbus apl'is date fuerunt. Chr̃o
eis expſſe dicente. Qḋcunqȝ ligaueritis ſuꝑ
terram ⁊c. Et Io. vltimo. c. cũ eis q̃ȝ dixit.

Accipite ſpm̃ ſcm̃. Quoꝝ remiſeritis pctã ꝛc. Et ſubdit Jo. an. no. eſſe. qđ dr̃ in. c. firmiter. de ſum. tri. ꝛ fid. cath. §. vna in ſi. De plalitate clauium. Nam ibi no. quid ſignificent due claues. Et dicunt aliqui vt refert Abb. Panor. ibi in ꝓpoſito nr̃o. Qđ vna ſignificat iuriſdictionem ꝛ ptãtem in foro penitentiali. Alia vͦo ſigt iuriſdictionē in foro contẽtioſo. De quo ẽt hr̃ ꝛ no. xx. di. in prin. ꝛ. xxj. di §. i. Alii tñ alr̃ dicunt de iſtis duabus clauibus. vз. ꝙ vna ſit poteſtatis: altera ſcie: pp diſcretionem ꝛ intelligentiã, quã hẽre debent hñtes exercitũ clauiũ ꝛc. Et ppea dicebat idem Abb. pan. in. c. ꝯſenſus. de rebus eccle. non alie. ꝙ concilium generale põt diffinire ꝛ cõſtitutiones gñales ꝓmulgare. Et ex illo tex. cũ ꝯibus que ibi alle. infert ꝙ concilium gñale hз iuriſdictionem ꝛ non ſolus papa. Quia ſi hmõi iuriſdictionem nõ hẽret non poſſet diffinire ꝛ ſtatuere. l. ſi. ff. de iuriſdi. om. iudi. ꝛ. c. ij. de conſti. lib. vj. Idẽ firmat Ricardus de media villa in quarto ſententiaꝝ. di. xviij. art. ꝓ. Ubi formalr̃ dicit ꝙ eccleſia claues a xp̄o accepit mediante Petro. Et ꝙ accipiũtur claues ad ſilitudinẽ clauium mãlium. Et ꝙ claues eccleſie ſunt ꝗdam poteſtas data eccl'ie in ꝑlatis ſuis ad apperiẽdum ꝛ claudendum hoĩbus. Ibi ẽt ꝓſequit̃ quot ſint claues ꝛ quid ſignificent ꝛ importent. Et ꝙ ꝑdicta ita ſemꝑ intellecta fuerint: ꝛ ab ipſis apl'is ꝛ a primitiua eccl'ia pз actuũ. xv. vbi hr̃ ꝙ cõmota ſeditione aduerſus Paulum ꝛ Barnabam ſtatuerunt Apl'i: vt aſcenderent Paulus ꝛ Barnabas ꝛ ꝗdam alij ex accuſatoribus: ad Apl'os ꝛ ꝑsbyteros i Hieruſalem: ſuꝑ hac q̃one. et. ĩ. dr̃. Cum aũt veniſſent Hieroſolymam ſuſcepti ſunt ab eccleſia, ꝛ ab apl'is ꝛ Senioribus: ꝛ ſequitur. Surrexerunt aũt quidam de hereſi Phariſeoꝝ qui crediderũt dicentes ꝙ opз circũcidi eos: ꝑcipere quoqз ſeruare leges Moyſi: conuenerũtqз apl'i ꝛ ſeniores videre de vͦbo hoc: ꝛ. ĩ. tunc placuit apl'is ꝛ ſenioribus cũ oĩ eccleſia eligere viros ꝛc. ꝛ. ĩ. Qm̃ audiuimus ꝙ quidam ex nobis exeuntes turbauerunt vos vͦbis euertentes aĩas vr̃as: quibus non mandauimus placuit nobis collectis in vnum eligere viros ꝛc. Et. ĩ. Uiſum eſt. n. ſpũi ſcõ ꝛ nobis nihil vltra imponere vobis oneris: q̃з hec neceſſaria: vt abſtineatis vos ab imolatis ſymulachroꝝ ꝛ ſanguine ſuffocato: ꝛ fornicatione: et. ĩ. dr̃ de Paulo apl'o. Precipiens cuſtodiri ꝑcepta apl'oꝝ ꝛ ſenioꝝ. Per que oĩa mãifeſte apparet: ꝙ poteſtas clauium data fuerit ẽt oĩbus apoſtolis ſimul ꝯgregatis, et vniuerſali eccleſie: tam in foro penitentiali et aĩe: q̃з in foro cõtentioſo. Quoqз apl'oꝝ et chr̃ianoꝝ concilia eadem poteſtate et iuriſdictione vſa fuerint ab exordio naſcentis eccleſie ꝑdicte: et ꝙ ita intellexerint et interꝑtata fuerint vͦba chr̃i de quibus ſ. meminimus. Unde ẽt Paulus apoſtolus Actuũ. xx. vocauit ſeniores epheſeoꝝ: eiſqз dixit. Attendite vobis et vniuerſo gregi. In quo vos ſpũs ſcũs poſuit Ep̃os regere eccleſiam dei, quam ſuo ſanguine acquiſiuit. Qđ quidem chr̃s ipſe dñs et princeps oĩum nr̃m: alio quoqз in loco euangelij ſui. Matthei. xix. c. mãifeſte cõprobat, cũ oſtendit diſcipulos ſuos: quos in hoc ſeculo iudices in eccleſia ſua poſuerat in futuro quoqз ſcl'o et in diſtricto vltimi iudicij examine futuros iudices: cũ inquit. Amen dico vobis ꝙ vos qui ſequuti eſtis me ſedebitis et vos ſuper ſedes. xij. iudicantes. xij. tribus iſrael. ¶ Et hac forte ꝯſyderatione iura ep̃os appellant ſciſſimos chr̃i legatos in terris: pr̃es ſpũales: fratres et coep̃os dñi pape, et colũnas huius militantis eccleſie: vt hr̃ in c. ſiquis ſuadente. de pen. Quicquid dixerit d. Jo. de tur. cre. in ſum. ſua. de ptãte eccleſie. lib. iij. c. xxviij. cum duobus ſeq. vbi per. xij. argumenta magis ſophiſtica q̃з concludentia: conat̃ oſtendere, ꝙ poteſtas ꝛ iuriſdictio eccleſie vniuerſalis, ſiue gñalis concilij illam repñtantis a papa emanauerit et non a xp̄o. Quẽ ẽt ſequunt̃ quidas Neoterici. Qui ꝑmiſſis et ſequentibus inſolubilibus rõnibus non obſtantibus: auſi fuerũt dicere hoc nedum rõnabilr̃, ſed valde ignoranter dici. Quibus ꝑfacile rñderi poſſet. Niſi ꝓlixitatem et faſtidiũ ſine fructu: nobis gñari ex hoc cõſpiceremus. Unũ tñ dixerim pro euidentiali erroris ſui, ꝙ in hoc iudicio meo, allucinant̃: qui ponũt eccleſiam vl'em et ſic concilium gñale: vt corpus Achieſalon, et a capite ſuo, hoc eſt a ſũmo pontifice ſeparatum: ſeu vt ꝑſonas ſingulares. Unde arguẽdo idem Dñs de turre cre. pluries ab abſurdo et ab impoſſibili vr̃ ſibi dõm: ꝙ poteſtas hmõi nõ potuerit dari corpori vniuerſalis eccleſie a xp̄o ſeorſum ſine capite. Sed ꝙ magis oĩs iſta poteſtas data fuerit tñ capiti: et ꝙ ab eo poſtea defluxerit in corpus et mẽbra eccleſie.

Non aduertens ipſe ꝙ nemo negat. Quin
Petrus: ⁊ ſic Papa caput eſſet iunctũ cor-
pori ⁊ mẽbris: hoc eſt oĩbus aliis apoſtolis.
Qñ a Chr̃o hec poteſtas eis data fuit. Et
qain qñ ſupponit vlẽ concilium hẽre iuris
dictionem, ſupponat̃ hoc miſticum corpus
eccleſie iũctum eſſe capiti ſuo: ⁊ ſic agere cõ-
cilium cum Papa. Ipſo volente coherere
membris, ⁊ cum eis cõciliũ agere: ⁊ ꝙ ſi ca
put inutile fuerit: vtputa hereticum ſciſma
ticum ⁊ ab ipſo corpore diuiſus: ꝙ nihilo-
minus oĩs illa ⁊ capitis ⁊ membroꝝ. Po
teſtas in vli eccleſia reſidet. Cum ẽt tũc nõ
ſit Achieſala. Sed xp̃m veꝝ ⁊ maximus ac
imediatum caput ſuum habeat ſibi p̃ſidẽtẽ
⁊ membra ſua regentem iuxta illud Mat-
thei. xviij. c. Vbicunq; fuerint duo aut tres
ↄgregati in noĩe meo in medio eoꝝ ſum ⁊c.
Et illud Matthei vltimo. Ecce ego vobiſcũ
ſum vſq; ad conſumationem ſcli. Et illud
Pauli ap̃i ad epheſi. c. i. in ſi. qui de chr̃o in
quit ꝙ deus pr̃ oĩpotens ip̃m dedit caput
ſuꝑ oẽm ecc̃liam ſuam que eſt corpus ipſius:
⁊ plenitudo eius. Et ppea nõ eſt miꝝ ſi dicĩ
mus: ꝓut latius ĩ ſuo loco dicemus: ꝙ pa
pa exiſtente heretico: ſciſmatico: vel a corpe
eccleſie vlis diſcoꝛdãte ⁊ abſciſſo, ꝙ tũc xp̃o
in ipſa ecc̃lia ⁊ cõcilio vli p̃ſidente. Oĩs po
teſtas ⁊ iuriſdictio eccleſiaſtica ſit penes cõ
ciliũm: ⁊ ꝙ tunc maioꝛ ⁊ nobilioꝛ dr̃ reſpe-
ctu capitis q̃ʒ qñ papa eidem concilio p̃ſi-
deret. Qd̃ ſi diceremus ↄtriũ eccleſia ſepiſſi
me vidua ⁊ iutilis remaneret: cũ eẽt papa
heretico oꝛbata. Et ſi tũc non hẽret iuriſdi-
ctionem poteſtatem nec caput: nihil diſpo-
nere aut opari poſſet: nec fide ⁊ eccleſia flu-
ctuante aliquis eſſet qui errantes in viam
dñi reducere ⁊ continere poſſet. Qd̃ qdem
eſſet xp̃m irreꝑhenſibilem principem nr̃m
de improuidentia arguere: ꝙ voluiſſet dcõ
caſu eccleſiam ſponſas ſuã ſine regimine de
ſtituere atq; deſerere: q dei parã genitrices
ſuam ex hoc mundo tranſiẽs ad patrẽ: ſub
regimine Joãnis ap̃li reliqt ⁊ virginẽ vir
gini cõmendauit. Qua qdem poſitione et
conſyderatione conuicti qui eccleſie ⁊ con-
cilij ptãtes non a deo ſed a papa eſſe iudai-
ce ⁊ ptinaciter ↄtendunt: velint nolint fate-
ri ⁊ aſſerere cogunt̃. Poteſtatem hãc eccle-
ſie ⁊ ↄcilij vno caſu a Deo eẽ, cum. ſ. ſciſma
eſt in ecc̃lia: ⁊ nullus verus ⁊ legitimus põ
tifex repitur. Quo caſu ipſimet aſſerũt ſũ-
mopere neceſſarium eẽ: vt ſit aliqua ptãs
in eccleſia: per quã ſciſma tolli poſſit: que ẽ
eque neceſſaria: ſicut nociuum ſciſma eſt: ⁊
vnitas eccleſie opportuna. Haec aũt auctori
tas nulli rectius conuenit q̃ʒ concilio vni-
uerſali: vt dicunt ipſi qd̃ clariſſime ꝓbatur
per tex. in. c. ſi duo. lxxix. di. ⁊ in. c. ſi papa. xl.
di. per que iura conſtat ↄcilium hẽre iuriſ-
dictionem. Quã a deo eẽ fateri opꝫ: in caſi-
bus hereſis ⁊ ſciſmatis ↄ ip̃m papã. Ergo
q̃ʒ rõnabilr̃ ſuſtineri poſſit ꝙ eccleſia ⁊ con
cilium: in alijs caſibus a deo iuriſdictionẽ
non habuerit: ꝓut conciliũ Conſtantienſe
gñalr̃ atteſtat̃: ⁊ ſtatuit, ipſi Magri prurien
tes auribus: q fauoꝛi placere ſtudent ꝓ vĩ-
tate diiudicent. Nã ad p̃miſſa accedit ꝙ ſi
diceremus hanc eccleſie vniuerſalis ptãtem
eẽ a papa ⁊ non a xp̃o maximum: peſſimũ:
⁊ ineuitabile abſurdum ſequeret̃. Per vul
gatam iuris ⁊ nãe regulam: ꝙ eius eſt tol-
lere cuius eſt condere. Per quã eẽt in facul
tate pape dcãm ptãtem ⁊ iuriſdictiones ec
cleſie ab ea in totum auferre ⁊ reuocare. Et
ſic ꝓ libito oẽm xp̃i fidem ſubuertere. Qd̃
nequaq̃ʒ eſt dicendum, ſed potius cõcludẽ-
dum erit: prout ſ. diximus in p̃n°: ꝙ hmõi
iuriſdictio eccleſie ⁊ concilij gñalis a Chr̃o
imediate ꝓceſſerit. Qd̃q; hoc ſpectet ad vĩ
tatem: ſtabilitatem ⁊ neruum catholice fi-
dei. Quã ↄclõnẽ clare approbauit ⁊ exp̃ſſe
determinauit conciliũ gñale Conſtantiẽſe
in quarta ſeſſione vbi formalr̃ inqt: ꝙ ſan-
cta ſynodus in ſpũ ſcõ legitime cõgregata.
Generale concilium faciens eccleſiã catho-
licam militantem repñtans. Ptãtẽ a chr̃o
imediate hꝫ, cui qlibet cuiuſcũq; ſtatus vel
dignitatis: ẽt ſi papalis exiſtat: obedire te-
netur: in his que ꝑtinent ad extirpationes
ſciſmatis: ⁊ reformationem gñalem eccleſie
dei ĩ capite ⁊ in membris. Per que omnia
clare expeditus remanet iſte articulus.

¶ An concilij iuriſdictio ſit or-
dinaria vel delegata.

Ex his aũt reſultat altera ĩ
dagatio, qualis. ſ. ſit hmõi
concilij poteſtas ſeu iuriſ-
dictio. An ordinaria vel
delegata. De quo articulo
meminit Feli. in. c. ſuꝑ his
de reſcri. in. xij. col. vẽſi. an ſua ſit iuriſdictio
in ſi. remittendo tñ ſe ad dicta per Marti-
num de laude in tractatu de concilio: ques
nondum

nondum videre potui.qõne.xxiiij. que inci
pit.Quero an ↄgregati in concilio:ꝛ p Jo.
an.ꝛ Jmo.in.c.graue.de ꝑben. Sed rñden
do ad q̃ſitum. Prima qdem facie vr̃ qbuſ-
dam dicendum ꝙ iuriſdictio concilij poti
us ſit delegata q̃ ordinaria. Quia illi ſunt
delegati,qui vtunt̄ iuriſdictione ꝑncipalr̃
radicata in pſona alterius.l.i.§.cui manda-
ta.ff.de offi.eius cui manda. eſt iuriſdi. Et
ſm Bal.in.l.more maioꝝ.ff.de iur. om.iu-
di.in ver.ſc̃do q̃ro in.iiij.col.iuriſdictio de
legata eſt q̃dam exercitiũ q̃ non exercet̄
ꝓprio noīe exercentis:q: fons iuriſdictionis
remanet in delegante: q̃uis exercitium ſit
in delegato.ff.de iudi.l.iudicium ſoluit̄. ꝛ ff.
de offi.eius cui man.eſt iuriſdi.l.i.§.qui mã
datam.vbi tex.formalr̃ dicit: ꝙ qui mãda-
tam iuriſdictiõem ſuſcipit: ꝓprium nihil h̃z:
ſed eius qui mandauit iuriſdictione vtit̄:
q̃d cõprobat̄ to.ti.extra de offi.dele.cũ con
coꝛ.Sed in ꝓpoſito nr̃o ſic eſt:ꝙ oĩs cõcilij
iuriſdictio pẽdere vr̃ a papa: cũ ipſe ſolus
ſit totius orbis ꝛ oĩuꝫ epõꝝ iudex ordinari-
us.ix.q.iij.cuncta per mundũ cũ ſi. Et oĩa
concilia per ipſius ꝛ Ro.eccleſie auctorita-
tem facta fuerint ac robur acceperint. extra
de ele.ſignificaſti.ꝛ.xvij.di. multis.vbi dr̃.
ꝙ abſqꝫ ſententia ꝛ voluntate Ro.pontifi-
cis concilia celebrari non pñt.Et ſubdit ꝙ
ſi cauſe oꝛirent̄ inter epõs ꝓuincie:ꝙ apud
Primatis ſedem terminent̄. Si v̾o ibi ex-
pediri non poterunt:ꝙ ſynodus eas expe-
diat vbi fuerit legitime ↄgregata. Referua
tis nihilominus maioꝛibus ꝛ difficilioꝛi-
bus cauſis:que referri debent ad ſedeꝫ apo
ſtolicam ꝛc.Ecce ꝙ hic diſtingunt̄ iuriſdi-
ctiones:ꝛ per ſedem aplicam delegant̄ oẽs
cauſe. Alie qdem primatibus,alie cõcilijs:
alie v̾o reſeruant̄ ſpãlr̃ pape ꝛ ſedi apoſtoli
ce.Jdem et ꝓbat̄ in.c.regſa.ꝛ in.c.ſynodũ.
ea.di.vbi ſtatuit̄:ꝙ conciliũ dici nõ poſſit
legitimum: niſi auctoꝛitate ꝛ decreto Ro.
pontificis factum fuerit. ℭ Et tandem hec
qdem prima poſitio:ꝙ.ſ.conciliũ gñale ha-
beat iuriſdictionem delegatam ꝛ non oꝛdi
nariam:ꝓbari ↄfueuit multiplici argumẽ-
to.Primo q: claꝝ eſt ꝙ concilium vr̃e con
ſtituit̄ ex papa:vel eius legato ꝛ oĩbus toti
us oꝛbis epĩs vt inqt glo.no.xvij. diſti.c.i.
Sed illi oẽs epĩ,qui ad concilium conuene
runt ſunt extra dioceſes ſuas.Uno foꝛte lo
ci illius Epõ excepto.Qui epĩ et ꝓlati extra
dictas eoꝝ dioceſes iuriſdictionẽ aliquam
exercere non pñt:q: extra territoꝛium ius di
centi non paret̄ impune.ff.de iuriſdi. om.
iudi.l.vlti.extra de offi.lega.nouit.ꝛ de con
ſti.c.ſi.lib.vj.Ergo ſi ſupponimus ꝙ epiſco
pi ꝛ prelati concilium facientes iuriſdictio
nem aliquã habeant:vr̃ ꝙ hac rõne neceſſa
rio fateamur eos habere delegatam. Quia
alr̃ nullam ibi iuriſdictionem exercere poſ
ſent.Preterea ad hoc ꝙ aliqs iuriſdictiões
oꝛdinariam habere dicatur: duo copulati-
ue reqri videntur.Primo ꝙ territoꝛium ꝛ
ſubditos h̃eat. Jn qbus hmõi iuriſdictiões
exercere poſſit vlr̃: vt tꝫ Archi. ꝛ alij poſt
eum in.c.cum epõs.de offi.oꝛdi.in.vj.vbi di
xit ꝙ iudex oꝛdinarius ille dr̃: qui i aliquo
territoꝛio:iure ſuo ꝓprio:vel principis bene-
ficio vlẽm iuriſdictionem exercere põt, q̃d
ꝓbari dicit ad lr̃am per illum tex. Et ſub-
dit ꝙ Canoniſte ſummũt hanc diffinitio-
nem ex illo tex. Nam iuriſdictio oꝛdinaria
coherẽtiam h̃re vr̃ cum territoꝛio.l.ſi.C.vbi.
ꝛ apud quem.ꝛ in.l.i.§.cum vrbem.ff.de of.
ꝑfe.vrb. ℭ Secundo principalr̃ requiritur
ꝙ noīe ſuo ꝓprio ſine alicuius delegãtis au-
ctoꝛitate dc̃ãm auctoꝛitatem libere exerce-
at:vt dcm̃ fuit ſ̃.Sed concilium gñale nullũ
h̃ꝫ territoꝛium:vt de ſe pꝫ. Non põt libere
ꝛ vlr̃ iuriſdictionem ſuas exercere. Jmmo
nec ad locum quidem tribunalis ad gñale
concilium peruenire ſine vocatiõe ꝛ aucto-
ritate pape:vt ꝓbant iura ſ̃.alleg. ergo dici
non põt h̃ere iuriſdictionem oꝛdinariam,
ſed magis delegatã ꝛc. ℭ Quibus tamen
non obſtantibus.Quinimo cõcilij gñalis
iuriſdictio oꝛdinaria potius delegata dici
debeat oſtenditur diuerſimode.Et ꝓ ſic iu-
riſdictio oꝛdinaria dr̃ illa que exercetur be
neficio iuris vel ꝑncipis gñalr̃ noīe ꝓprio:ꝛ
non alterius:vt dcm̃ fuit ſ̃. ꝛ ꝓbatur p Jn
no.ꝛ alios in.c.cũ ab eccleſiaꝝ.de offi. oꝛdi.
per eundẽ Jnno.in.c.paſtoꝛalis.de reſcrip.
ꝛ aliquid per Panoꝛ.in.c.pen.de ſta.mo.§.
ad hoc.in.ij.col.ꝛ alibi.Sed iuriſdictio cõ-
cilij gñalis:talis eſt ergo ꝛc.Conſequentia
eſt bona maioꝛ pꝫ per tex.ꝛ iura ſ̃.alle.Mi-
noꝛ v̾o ꝓbata fuit ſ̃.in ti.ꝑcedenti.vbi oſten
dimus concilium iuris auctoꝛitate habere
iuriſdictionem.ꝛ ꝓbatur in.c.oſius.de ele.
in.c.i.de iudic. in.c.i.de pac. in.c.i. de libel.
obla.in.c.i.de ſponſa.de peni.ꝛ remis. in.c.
noua quedam.vbi dr̃ ꝙ xp̃s vniuerſis apo
ſtolis ꝛ ſic oĩbus epiſcopis eoꝝ ſucceſſoꝛi-
bus.iux̃ illud Pſalmographi.Pro pr̃ibus

nati ſunt tibi filij ⁊c. Claues regni celeſtis
cõmiſit ⁊c. Scdo ſic. Delegãs ſemꝑ ⁊ vbiqꝫ
maioꝛ eſt delegato ſuo. Nec ideo delegatus
in delegantem iuriſdictiõe ſibi cõmiſſa vti
põt. Quia cum ipſe delegatus gerat ꝑſonas
delegantis. c. ſane. ⁊ c. cum olim. extra de of
fi. deleg. ſeipſm iudicare ⁊ in cã ꝓpa ſenten-
tiam dicere videret: ⁊ inferioꝛ maioꝛem iu
dicaret: qꝺ non eſt licitum. de maio. ⁊ obe.
cum inferioꝛ. Sed ↄcilium vlẽ ſaltem qñqꝫ
eſt ſ. papam illumqꝫ iudicat: ↄdẽnat: vel ab
ſoluit: ſaltem in cauſa hereſis. Maioꝛ ꝓbaẗ.
xl. di. ſi papa. Minoꝛ de ſe eſt nota. Ergo cõ
ſequentia eſt bona. Per que pꝫ ꝙ concilium
gñale non põt dici hẽre iuriſdictionẽ a pa
pa delegatam ſed potius oꝛdinariam ſibi a
xp̃o principe oĩum imediate ↄceſſaꝫ ⁊ a. l. ꝓ
miſſam. vt ſ. diximus. ¶ Quinimo ego ad
duco tex. per quẽ ↄriũ potius apparet. vꝫ
ꝙ Papa poſt primam ↄceſſionẽ a xp̃o ſibi
⁊ eccłie vlı factam maioꝛem ptãteꝫ ⁊ iuriſ-
dictionem a concilijs acceperit: qꝫ concilia
ab eo. qui eſt. xvij. di. c. concilia ſacerdotum.
Ibi. Sciẽtes ꝙ eius ſedi ꝑ" Petri apłi me
ritum. Deinde ſequta iuſſione dñi concilio
rum venerandoꝝ auctoꝛitas ſingularem in
eccleſijs tradidit ptãtem ⁊c. Item delega-
tus non vtiẗ iuriſdictione delegata niſi vo
lente ⁊ ↄſentiente delegante: vt ꝓbaẗ toto
ti. extra de offi. dele. ſed conciliũ iuriſdictio
ne ſua vtiẗ ẽt reluctante ⁊ recuſante Papa:
etiam ↄ ipſmmet papam: vt in cã hereſis. xl.
di. ſi papa. vel in cã ſciſmatis vbi ꝑtes con-
tenderent de papatu. lxxix. diſt. ſi duo. ⁊ c. ſi
quis pecunia. ergo ⁊c. ¶ Itẽ delegatus nõ
vtiẗ iuriſdictiõe delegata niſi prius ſibi cõ-
ſtet ẽt ſignatis apicibus ⁊ ſibi pñteẗ reſcri-
ptum facultatis ſue, de offi. dele. c. cum i iu-
re. cum concoꝛ. de qbus in glo. ibi. Sed pa-
pa nunqꝫ concilio concedit lr̃as delegatori
as. Quinimo ſtatim ꝙ conuenerint patres
competenti numero die ſtatuta. Concilium
ſtatim iuriſdictione ſua oꝛdinaria vtiẗ nul
lis exhibitis aut oſtenſis lr̃is facultatis: vt
ex geſtis oĩum concilioꝝ que hactenus fue-
rint: pꝫ, ⁊ ꝓbaẗ. xvij. di. per to. ⁊ alibi ſepiſſi
me. Ergo conſtat manifeſte talem iuriſdi-
ctionem a papa vel ab alio delegante nõ de
pendere: ſed ab ipſo xp̃o imediate iure oꝛdi
nario ↄceſſiſſe. Et in ipſo concilio origina-
tam ⁊ eradicatam fuiſſe. Et ſic ꝙ qcquid fa
cit concilium auctoꝛitate ſua ꝓpa ⁊ oꝛdina
ria facit ar. optimo. in. c. cum aliqbus. de re
ſcrip. li. vj. ¶ Item iuriſdictio delegata nõ
eſt iuriſdictio gñalis: nec cõpꝛehendere põt
vniuerſitatem cãꝝ: ſed dꝫ eſſe particularis
ad cãs ⁊ ꝑſonas particulares. extra de re-
ſcrip. qꝛ nonnulli. ⁊ no. in. c. cum in multis.
eo. ti. lib. vj. Illa aũt iuriſdictio que eſt libe
ra ⁊ cõpꝛehendit vniuerſitatem oĩum cãꝝ
⁊ ꝑſonaꝝ: ⁊ que certis cauſis vel ꝑſonis nõ
eſt alligata potius dr̃ oꝛdiaria qꝫ delegata:
vt pulchꝛe declarat Bar. in. l. quotiens §. de
ta. circa fi. ff. de optio. leg. Ubi dicit ꝙ iuriſ
dictio oꝛdinaria non ↄſueuit concedi i vna
cã particulari. Sed quadam vli admiſtra-
tione. ꝓbatur. l. fi. C. vbi. ⁊ apud. quem. ⁊ ff.
de of. ꝑfec. vꝛb. l. i. in prin. ⁊ i. l. i. C. ne filius. ꝓ
patre. Et in prima ↄſtõne ſtoꝝ §. pe. vbi tex.
vult. ꝙ Doctores legentes ſunt iudices ſco-
larium vlr̃. Et ꝓpea tales doctores intelli-
guntur eoꝝ iudices oꝛdinarij. Conciliũ au
tem gñale hꝫ hmõi iuriſdictionem vl̃em in
oĩbus cauſis ⁊ perſonis: vt ſ. oſtenſum fuit
⁊ i. ſuo loco clarius oſtendetur. Ergo talis
ipſius iuriſdictio: que a xp̃o immediate ꝓ-
ceſſit: ⁊ abſqꝫ delegantis alicuius alterius
recognitione libere ⁊ vlr̃ exercetur mutuo
totius vlis eccleſie conſenſu oꝛdinaria dici
dꝫ ⁊ non delegata. ¶ Item oĩs iuriſdictio
delegata ſpirat moꝛte delegãtis reintegra:
vel poſt ſententiam ⁊ annalem exequtionẽ
ipſius: Prout ꝑmum ꝓbatur. ff. de iuriſdi.
om. iudi. l. moꝛe maioꝝ. vbi ẽt ꝑ gl. ex̃ ꝺ of.
deleg. lꝫ vndiqꝫ et vtrobiqꝫ per ſcribẽtes ꝓ
batur ẽt in. c. gratum ⁊ in. c. relatum. extra
de offi. dele. ⁊ in. c. ſi. eo. ti. lib. vj. cũ concoꝛ.
Scdm ꝓbatur. in glo. l. ſi vt ꝓponis. C. quo
⁊ qñ iudex. tex. ⁊ ibi no. in. c. in lr̃is. ex̃ de of
fi. dele. no. Bar. in. l. iudex. ff. de re. iudi. ſed
iuriſdictio concilij non eſt talis: qꝛ moꝛte
pontificis Ro. non ſpirat: nec poſt qꝫcunqꝫ
ſn̄iam latam aut exequtã, ſed perpetuo du-
rat. Et moꝛtuo papa conciliũ de ipſius ele-
ctione ⁊ creatiõe diſponit ⁊ oꝛdinat. de ele.
vbi periculum lib. vj. xxiij. diſti. in nomine
domini. cum ſimili. Ergo ⁊c.
¶ Pro ſolõne aũt huius dubij qꝺ facit ad
multas perdifficiles qõnes: ꝓut. i. patebit i
diſcurſu. Doc. in. c. graue. de ꝓben. multum
ſuccincte trãſeunt: ⁊ inuolute loquuntur in
ferendo de concilio ꝓuinciali ad gñale. Et
concludunt ꝙ ſi papa ꝑeſt: in in concilio ge
nerali epi ⁊ alij ꝑlati. Ubi nullam videntur
hẽre iuriſdictionem. Sed videntur potius
habere vocem ↄſultiuam: ⁊ eſſe tanqꝫ cõſul
toꝛes

tores ⁊ aſſeſſores:q: papa hꝫ plenitudinem
ptãtis. de conceſ. pben. ꝓpoſuit. Ipſe qꝫ ē or-
dinarius totius orbis. ix. q. iij. c. cũcta p mũ-
dum. ⁊ c. per pncipalē. ¶ Si aũt alter nõie
pape pſidet. Ille dr̃ hr̄e delegatam. ar. eoꝝ
que hñr in. l. a iudice. C. de iudi. ⁊ extra de of
fi. dele. per to. Unde dicit Jo. de imo. ibi ꝙ
de aliis epĩs exiſtentibus in concilio gñali
idem dicendum eſt, qḋ dr̃ de exiſtentibus
in concilio ꝓuinciali: cum videat eadẽ rõ:
ar. de tranſ. pla. c. ij. Sed alr̃ loqtur Inno.
vbi ſ. Dicit n. ipſe ꝙ epĩ ſic congregati ĩ cõ
cilio ꝓuinciali ſunt loco ordinarij in oĩbus
cauſis que vtunt̃ iter epõs ⁊ clicos. ij. q. v.
placuit. xj. q. iij. ſi epſ. forte cum q̃tuor capl̃is
ſeq. Immo plus dic̃ ipſe Inn. ꝙ dicti Epĩ
ſunt vt iudices ordinarij ĩ oĩbus cãis cleri
coꝝ que ad conciliũ deferunt̃. vj. q. iij. ſcito-
te. xviij. di. c. i. ⁊ ij. Deinde refert alios dicẽ
tes ꝙ Epĩ non ſunt iudices in concilio ſed
aſſeſſores. Sed dicit ipſe ꝙ ſiue ſint aſſeſſo-
res ſiue iudices. non vꝫ qḋ ſit eis non voca
tis. xv. q. vij. ſiqs tumidus. ⁊ c. epſ. cũ ſeq.
lxv. di. epſ. ſicut non vꝫ ſententia lata abſen
te aduocato fiſci. ff. de iur. fiſci. l. fiſcus ar. C. ḋ
ſen. ⁊ interlo. omni. iudi. l. cum ſententiam
Hoſti. ſimplr̃ dicit ꝙ ad illum qui pſt in
concilio pertinet diffinitio: de cõſilio tamẽ
⁊ aſſenſu alioꝝ epõꝝ vel maioris partis eo
rum: vt leg. ⁊ no. extra de tẽpo. ordi. in. c. ſi
archiepſ. ⁊ ĩ. c. ſeq. ⁊ de accu. ſicut olim. Et
ita reſident fere oẽs ſcribentes. ibi. Quis. d.
Anto. dicere voluerit: ꝙ illi epĩ ꝓcedendo
ſunt ordiarij. Sed decidẽdo ſunt aſſeſſores.
alle. c. e. auditor de reſcrip. Qḋ nihil eſt di-
cere. Sed Roſellus in ſumma ſua volendo
ꝯcordare opiniones dicit ipſe: ꝙ ſibi vr̃ ſic
dicendum. Q: ſi querit̃ quã ptãtem hꝫ con
cilium cõcretum cum pſona pape: vel alte-
rius ſpãlis legati. Tunc ptãs hmõi concilij
erit ordinaria: q: papa eſt ibi caput concilij
hñs a deo ptãtes: vt in auc. qũo opoꝛ. epõs.
in prin. Habet. n. tunc ptãtem a lege. Papa
auctorante: vnde hꝫ ptãtem ordinariã in ꝓ
pria pſona cõcilij ⁊ non alterius. d. l. more
maioꝝ. ⁊. l. ⁊ q. ff. de iuriſdi. oĩum iudi. Et
idem dicendum putat qñ concilium ꝯueni
ret ḋ iure ſine pſona pape vel alterius lega
ti. Qḋ eẽ poteſt: vt in cã hereſis, pape: vel
qñ plẽs ꝯtenderent de papatu: aut ſede va-
cante pp mortẽ: q: ẽt tunc conciliũ hr̄et iu
riſdictionem ordinariam: cum hēat ptãtes
a lege in miſtica pſona concilij pncipalr̃ ra

dicatam, vt pꝫ. xvj. ⁊. xvij. di. per to. Si vo
ꝯſyderet̃ pſona pape p ſe: ⁊ conſyderemus
aliquos Epõs ſepatos ab eo: ⁊ tunc de pa-
pa non eſt dubium: qn hēat ordinarias. De
epĩs vo in concilio ꝯgregatis ſubdiſtinguit:
q: ſi ſunt in cauſis ⁊ caſibus ſupraſcriptis
in qbus concilium eſt ſ. papam. Puta cum
plẽs ꝯtendũt de papatu. lxxix. di. ſi duo. In
cã hrſis. xl. di. ſi papa. vel vbi de fide aut ḋ
reformatione vel bono vlis eccleſie tractat̃.
xv. di. c. i. ⁊ qḋ ibi no. in glo. ⁊c. Tũc quoqꝫ
concilium hr̄et iuriſdictionem ordinarias.
Quia in his cauſis ptãtem hꝫ a lege: vt iu-
ribus ſ. alle. Nec poſſet in his papa qcq̃ꝫ di
ſponere ſine concilio: imo concilij ſententia
his caſibus pfert̃ ſentẽtie pape ꝯrius ſentiẽ-
tis. In aliis aũt cauſis inqt ipſe Epĩ ſunt vt
aſſeſſores ſiue conſiliarij pape: ⁊ diſponit pa
pa ipſis cum eo deliberãtibus vel approbã-
tibus. Et ppea dicit ipſe: cum ſint vt aſſeſſo
res: valeret quicqd fieret a papa ſine eoꝝ cõ
ſilio: q: maior eſt ſententia pape: q̃ꝫ omnium
epõꝝ mũdi. de elec. c. ſignificaſti. in ſi. ⁊. iiij.
di. in iſtis. Que qdẽ Roſelli diſtinctio ſeu
ſolutio: q̃uis colorata videat̃. Tñ iure iudi
cio meo non ꝓbat̃. Sed potius opinatiua
eſt: aures vtriuſqꝫ partis ḋmulcendo. Et in
caute incidendo in illud abſurdum: qḋ ſ. in
pn̄: improbauimus. vꝫ. q: iuriſdictionẽ quã
certis caſibus aſtruit affirmatqꝫ eẽ ordina
riam ꝯ nãm eiuſdem iuriſdictionis: que eſt
ꝙ ſit gñalis: ⁊ ad vniuerſitatem cãꝝ oĩum
ꝓuincie ſibi demandate: vt ſ. oſtendimus
quã ipſe facit particularem ⁊ limitatas ad
certas cãs: qḋ eſt magis ꝓpium iuriſdictio-
nis delegate: q̃uis nullibi cõſtare poſſit: ꝙ
xpſ hanc aploꝝ ⁊ ſic vlis eccleſie ⁊ concilij
ptãtem ſeu iuriſdictionem ad certas cãs li
mitauerit. Sed potius de ꝯrio ꝯſtet: p vbũ
illud vlt. Matth. xviij. Qḋcunqꝫ ligaueri-
tis ſup terram ⁊c. ¶ Qḋ fortius ꝓcedit cõ
ſiderãdo eccliam vlem cũ papa capite ſuo:
cum papa ſit in ecclia: ⁊ ecclia vnus corpus
cum papa: ꝓut nos conſyderamus ⁊ tene-
mus: dum hanc ſententiam ſeqmur. Qua-
re ego ſaluo ſemp meliori ſenſu: diſcurrẽdo
per oẽs drĩas que poni ⁊ notari conſueue-
runt inter iuriſdictionem delegatam ⁊ or-
dinariam per rõnes ⁊ iura ſ. pro iſta parte
inducta, indiſtincte ⁊ gñalr̃ dicendum ⁊ te
nendum arbitror, ꝙ concilium gñale rite ⁊
legitime cõgregatum, oĩ caſu habeat plenaꝫ
⁊ oĩmodam iuriſdictionem ordinariã: nõ

um extra de ele. innotuit. Sed potius fuit
quedā interꝑtatio vel ꝺclaratio mētis ſue.
Nam non dixit ipſe: ego meipſuʒ depono.
Quia ita iudicaſſet in cā ꝓꝓa. qꝺ regulr̄ nō
lʒ maxime in foꝛo contentioſo. C. vt. ne. lice-
at ſine iudi. aucto. in rubꝛo ꝛ ī nigro: ſed di
xit me deponendum iudico, pro iſta inter-
pꝛetatione mirabilr̄ facit tex. xvij. di. c. con-
cilia ſacerdotū. ꝟſi. ſymachus papa. vbi pʒ
ꝙ concilium Symachum papam abſoluit
ab impetiōe quoꝝūdam in q̄bus accuſabať.
Sed quoad occulta delicta: que ſibi impu-
tabanť. Concilium remiſit eum iudicio di
uino. Et iſtud mirifice compꝛobať per ꝟba
Pauli apl̄i p̄ ad Coꝛinth. 4. cap. Ibi mihi

aūt pro minimo eſt: vt a vobis iudicer, aut
ab humano die. Sed nec meipm̄ iudico, ni
hil enim mihi conſcius ſum: qui aūt iudi-
cat me: dn̄s ē ꝛc. Ecce ergo ꝙ Paulus apo
ſtolus tria iudicioꝝ gn̄a ſ. delictis occultis
tangit. vʒ. Judicium hoīum alios iudican-
tium. Judicium ſuiipſius. Et iudicium dei
qꝺ eſt īfallibile: et per qꝺ in ꝟitate: iudicio:
ꝛ iuſtitia nos oēs iudicat. ¶ Per que apte
pʒ ita intelligi debere illa iura: que dicunt
iudicia pape ſoli deo reſeruari. Hoc idē ſen
tit glo. in. c. ſi q̄s pecunia. lxxix. di. in ꝟſic. ſed
quid ſi dum vxoꝛ tua ꝛc. Dum dicit ꝙ ſi ē
occultum vel reuoceť in dubium: non ē cogē
dus papa ſtare iudicio alicuius: imo excipe
pōt. Dn̄s eſt qui me iudicat. ix. q. iij. alioꝝ.
Si aūt certum eſt: ꝙ ſit eius vxoꝛ tenetur ei
reddere debitū: niſi mulier īduci poſſit ad
ꝯtinētiā obſeruādā: vel abrenūciabit papa
tui, ꝛ ſatiſfaciet vxori ꝛc. Cōſeq̄nter aūt ad
illud qꝺ dicit tex. ibi. Et iteꝝ dicunt. Pꝛia
ſedes nō iudicabiť a quoq̄ʒ. Rn̄deri poteſt
ꝙ concilium ꝓtulit regulam: ꝙ. ſ. de occul-
tis criminibus pape: et que ꝯſiſtunt in aīo
non eſt temere iudicandum: q: ꝓ papa: ꝛ ſe
de apl̄ica: que papam: Cardinales: et cleꝝ in
ſe continet: ꝑſumiť: ꝙ errare non poſſit: q:
xp̄s ꝓ fide petri oꝛauit. Matthei. xvj. c. vbi
beatus Cyrillus ſ. illo ꝟbo. ¶ Et poꝛte infe
ri non ꝑualebunt aduerſus eaʒ. Dixit: ꝙ ec
cleſia apl̄ica Petri ab oī ſeductione et here
tica circūuentione inuiolata manet in fide
pleniſſima et auctoꝛitate Petri. Et ꝑpea di
xit gl. in. c. quicunq̄ʒ. xxiiij. q. i. ꝙ non credit
eccliam Ro. errare poſſe: q: deus hoc nō ꝑ-
mitteret. ar. in. c. a recta. et in. c. pudēda. ea.
cā. et. q. Oꝛauit. n. Chr̄s ꝓ Petro. i. ꝓ eccl̄ia
ꝑdicta. Ne deficeret fides ſua. xxj. di. c. i. ī fi.
Non tn̄ dʒ hoc intelligi de fide pſonali Pe
tri: q: vt. ſ. dcm̄ fuit ipſe plerūq̄ʒ errauit. Tū
Xp̄m negando. Tum xp̄icolas iudaiçare fa-
ciendo. Qn̄ paulus ei ꝑꝑ hoc in faciem reſti
tit. ij. q. vij. paulus. Sed illud intelligi dʒ de
fide eccl̄ie ſue: cui ipſe ꝑerat: q: ipſe Salua-
toꝛ et Redemptoꝛ nr̄ ſuoꝝ voluntate non
fraudabiť: vt dicit glo. in. d. c. qꝺcunq̄ʒ. Et
ſic non dʒ intelligi de pſona pape tm̄: q: pa-
pa, vt hō: quotidie peccat: vel peccare pōt. d.
c. nūc aūt. xxj. di. lʒ eccl̄ia Ro. ſeu ſedes apo-
ſtolica ſic vt ꝑmittiť vnita peccare nō poſ-
ſit: q: deus hoc non ꝑmitteret: vt no. Inn.
in. c. i. de ſum. tri. et fide catho. ¶ Ad tex. in
d. c. nunc aūt. §. item in eodem ꝟſi. ſed cum

quodam tp̄e. Ubi dr̄ q̄ cū q̄dam mali rumores ſurrexiſſent ꝯ Syxtum Papam. Et in concilio: vbi Ualentinianus intererat: dictum fuiſſet: q̄ non erat licitum dare ſententiam aduerſus pontifices: ⁊ q̄ ꝓpea idē Impator ſurrexit: ⁊ in arbitrio ꝓfati pontificis tribuit iudicare iudicium ſuum. Rñdet̄ prout ſ. q. ſ. illi mali rumores erant de peccato occulto ⁊ eidē Pape tātummodo cognito: ſi qd̄ erat. Et ꝓpea Impator cū alr̄ ꝓbari hoc non poſſet: illud remiſit ꝯſciētie eiuſdem pontificis iudicañ. Cum in hoc ſolum deum haberet vltorem: vel aliter dici poſſet: q̄ non fuit mirꝫ. Si Impator: q̄ erat laycus: non iudicauit ꝯ Syxtum. Quia layci non pñt de eccl̄ia: vel clericis: ⁊ minus d̄ papa iudicare: extra de fo. comp. clerici. ⁊ c. cum non ab hoīe. ⁊ ix. q. iij. nemo cum concoꝛ. Uel tertio dici ēt poſſet: q̄ illa que opponebant̄ Syxto nō erāt heretica: ſia aut talia crimina de q̄bus conciliū iudicare poſſet: maxime cum eēnt leues q̄dā rumores: qui iudicem mouere non debent: niſi bene fundati ſint ⁊ a pſonis grauibus ⁊ non malitioſis ꝓcedant: extra de accuſa. qualr̄ ⁊ q̄ñ il. ij. cum ſimi. ¶ Et ſic per dictas rñſiōes: remanebit plana ⁊ ſine ſcrupulo ꝯclō ſupra ſcripta. vꝫ. q̄ concilium erit iudex: ⁊ ſ. papā: tā in cognoſcēdo q̄ꝫ ī decidēdo. Quotienſcunq; de eius hereſi ſiue publica ſiue occulta tractabit̄. Hanc ꝯ̄clonem firmat Spec. in ti. de accuſa. §. i. vſi. itē papa ⁊ Impatoꝛ. vbi dicit q̄ lꝫ papa ⁊ Imperatoꝛ regulr̄ accuſari non poſſint q̄ ſoluti ſunt legibus. extra de conceſ. ꝓbē. ꝓpoſuit. C. de legi. digna vox. xxj. di. nunc aūt. ix. q. iij. nemo. cum. c. ſequē. Et quia hec ſunt duo magna luminaria ad mundi firmamentum ⁊ regimen poſita. extra de maio. ⁊ obe. ſolite. §. ꝓterea. xcvj. diſt. duo. Et ſunt duo dona a ſupna collata clementia. In auc. q̄uo opoꝛ. epi. in pain. colla. ij. Tñ Impatoꝛ accuſatur coꝛā papa de hereſi: ſacrilegio: ⁊ periurio: ac quolibet alio graui crimine: ⁊ ab eo iudicat̄: extra de re iudi. ad apl̄ice. lib. vj. de homici. pro humani. eo. li. Item pro voto fracto: extra de voto. lꝫ. ⁊ pro filibus. xv. q. iij. alius. ar. in. l. i. ⁊ ſi. C. de ſum. tri. ⁊ fide catho. ⁊ extra de iudi. nouit. Subdit idem Spec. q̄ Papa de hereſi tm̄ accuſatur. xl. di. ſi papa. Et tunc vel a ſynodo: vel a Principe accuſatur. xcvj. di. ſicut quinis. ⁊ c. nos ad fidem. vel ēt a corpoꝛe fidelium. cente.ᵐᵃ di. vbi nam. vel|vt inquit ipſe|ſi ſummittit ſe alicuius iudicio. ij. q. vij. c. nos ſi incōpetenter. ff. de iuriſdi. oī. iudi. l. eſt receptū. alias nunq̄ꝫ accuſatur: ſm eum. d. c. nunc aūt. ¶ Idem firmat Hoſti. in ſum. in ti. de hereti. §. qua pena. vſi. deponitur. Ubi dicit q̄ hereticus ſiue ſit clericus: ſiue laycus, Papa: Impatoꝛ: vel alius inferioꝛ deponitur ab oī dignitate. xl. di. ſi papa. xxiiij. q. i. qui ꝯ pacem. extra de hereti. ad abolēdā. §. i. ⁊ ij. ⁊ degradatus tradit̄ curie ſclari: vt ibi. Et lꝫ ꝓ hereſi lex impōat penam vltimi ſupplicij. C. de hereti. l. arriani. quam moꝛtem interꝓtatur alia. l. ff. d̄ penis. l. capitalium. vt illud vltimum ſupplicium ſit ꝯcrematio. q̄ vt ibi dr̄, ⁊ viui concrematio dr̄ vltimum ſupplicium. Que tñ vera intelligit Hoſti. niſi incōtinenti poſt deꝓhenſionem: redire voluerint ad pn̄ias: alias aūt in carcerem detrudendi ſunt de hereti. excōicamus. §. damnati. ¶ Ratione aūt quare ꝑpetuo carceri mancipentur: dic̄ eſſe, q̄ ſi haberent liberꝝ aditum: ⁊ exitum: timendū eſſet: ne alios coꝛrumperent, ꝓut etiam dr̄ de ſymoniacis. Cum Hoſti. concoꝛdat. d. Jo. de turre cre. in ſum. ſua. de eccleſia. lib. iii. c. viij. vbi dixit: q̄ ſi concilium debita inq̄ſitiōe facta Papam vē hereticū: vel in hereſim ꝓlapſum inuenerit. Primo dꝫ eum charitatiue admonere: vt hereſim ⁊ erroꝛem ſuū reuocet: ac fidei v̄itatem publice ꝯfiteatur: ⁊ foꝛtaſſe expediens erit, dic̄ ipſe ſibi certū terminū aſſignare. ꝟ. quem hereſim ipſam abiuret incontinenti ⁊ continuo. de hereti. ad abolendā. Qd̄ ſi hoc ſpōte fecerit. Concilium non poterit ſm eū q̄c q̄ꝫ vlterius contra ipm̄ papam facere: vt expreſſe dicit no. Hug. in. d. c. ſi papa. xl. di. in ver. a fide deuius. Sed eo caſu ipſemet papa in foꝛo ꝯſcie per ꝯfeſſoꝛem ſuū aīe ſue ꝓuideri faciet de penitentia ſalutari. ar. xxj. di. nunc aūt. Si v̄o ꝑtinax eſſet ⁊ incoꝛrigibilis. Tunc Cardinales recedere debēt ab eo: ⁊ ꝯgregato concilio ꝓcedent ad ipſius depoſitionem. ¶ Seu qd̄ magis ſibi placere dicit: ꝓcedent ad declarañ. q̄ ille non ſit amplius papa: ⁊ ꝯñr declarabunt ſedē apoſtolicam vacare: ⁊ de nouo ⁊ catholico pōtifice ei ꝓuidendum foꝛe. Quod ſi hereſis ipſius non eſſet notoꝛia: tunc|dicit ipſe|ꝓcedēt ei denūciādo q̄ ſe expurget ⁊ ꝯfiteatur ⁊ declaret fidē quā tꝫ: ꝓut dictū fuit ſupra. ¶ Ommiſſis igitur doc. alioꝝ auctoꝛitatibus qui cōiter in hoc ꝯueniunt: q̄t. ſ. Papa

a concilio

a concilio de hereſi iudicet: z hoc caſu ſit 𝔷.
Papam. Querunt. d. Petrus de monte. z
d. Jo. de tur. cre. Que ſit rō q Papa p ſo-
lo crimine hereſis a concilio iudicari z de-
poni pōt. Et cōiter dicunt z ipſi z alij ſcri-
bentes: q rō eſt: q2 qꝫprimum eſt hereticus:
non eſt amplius papa: ſed eſt minor quoli-
bet alio chriano catholico. xxiiij. q. i. acacius.
vbi eſt glo. Et rō rōis eſt: q2 hereticus ipſo
iure eſt excōicatus. de hereti. excōicamus.
Et ſic pciſus z ſeparatus repit ab eccīa: cu
ius caput erat: vnde cum ſit extra cōgrega-
tionem fidelium. de con. di. i. eccleſia. ampli
us nec caput nec membrum eccīe dici pōt.
Ergo non eſt mirꝫ ſi eccīa declarare pōt ta
le caput eſſe a ſe abſciſſum z tanqꝫ inutile
z pernitioſus dānare reijcere atqꝫ ꝯtēnere:
iuxta Salvatoris nři ſententiam. Matthei.
v. c. Si oculus tuus ſcandaliçat te erue eū
z abſcinde abs te zc. Quod aūt Papa he-
reticus deſinat eſſe caput eccīe: pulchre oſtē
ditur z figurat Deutoronimij. xvij. c. vbi d
electione Regis inqt. Dñs eum conſtitues
quem dñs deus tuus elegerit de numero
fratrum tuoꝝ. Non. n. poteris alterius gē-
tis hoīem Regem facere qui non ſit frater
tuus zc. Per talem igit hereſis ſeparatiōes
nomen fratris z xpiani ammiſit, z oēm il-
lam dignitatem: virtutem z poteſtatē: quā
habebat ſoluendi z ligandi pdidit: vt inqt
ſcūs Doctor 2° ſcōe. q. xxxix. arti. iij. inducit
ad hoc text. Cypriani. vij. q. i. nouacianus.
vbi dr qui nec vnitatem ſpūs: nec cōiones
pacis obſeruat, z ſe ab eccīe vinculo, z ſacer
dotum collegio ſeparat. Nec epi ptātem ha
bere pōt nec honorem, facit tex. cum ſua gl.
in. d. c. acacius. in. c. qō aūt. z. xxiiij. q. i. c. au-
diuimus. vbi dr. Si aūt in corde ſuo nouas
hereſim confinxerit: ex quo talia predicare
ceperit. Neminem damnare potuit. Quia
non pōt pijcere quēqꝫ iam pſtratus: ligan
di nanqꝫ vel ſoluendi poteſtas veris nō fal
ſis ſacerdotibus a dño tradita ē. Aplis. n.
dicturus quoꝝ remiſeritis pctā zc. pmiſit
accipite ſpm ſcm: vt euidenter oſtēderet eus
qui ſpm ſcm non hꝫ. Peccata non poſſe te-
nere vel remittere. Porro ſpm ſcm nemo
niſi intra eccīam zc. z facit. xxiiij. q. i. c. vidi
cimus. vbi dr. vidicimus oēs oīno hereti-
cos z ſciſmaticos nihil hēre poteſtatis aut
iuris. Et ppea dixit glo. in. c. i. de ſciſma. in
ver. firmitate. q eccīa que hꝫ Paſtorem he
reticum vel ſciſmaticū vacare intelligit: ex.

de pſcrip. c. i. Unde non valerēt q̄ a tali pla
to fierent in piudicium eccīe. xij. q. ij. ſiqua
de rebus. ¶ Retinet tñ papa vel eps excōi
catus vel hereticus ea que ſunt ordinis: pro
pter caracterem impreſſum in aīa. ¶ Lics
exequutionem non habeat: nec alteri dare
poſſit per tex. z no. per glo. z doc. in. c. ſi. de
ordi. ab epo. qui. renūcia. epiſco. Ponit ſcūs
Doc. 2° ſcōe. q. xxxix. arti. iij. ¶ Dixit tamen
do. Jo. de tur. cre. q ppe loquendo Papa
non dr deponi a ꝯcilio pp hereſim: ſed ma-
gis declarat depoſitus z amplius non eſſe
papā: cum oſtendit: q in hereſim fuerit col
lapſus: z icorrigibilr pſeuerat in ea. ¶ Idē
dixit. d. Petrus de monte in. d. ſuo trac. 2°
ꝯdone. vſi. z ſic talis ſentētia eſt declaratio
iam priuati. Sed idem dicere poſſemus re
ſpectu cuiuſlibet ſententie a iure pmulgate
contra quoſcunqꝫ delinquentes. Nec p iſtō
motiuum tolli pōt. Quin ꝯcilium hac caſu
dicat iudex cōpetens pape heretici, ſiue illa
ſit ſententia ꝯdēnatoria: ſiue ſit declaratio
incurſus eiuſdem condemnationis. Quia
vtroqꝫ caſu hoc ſpectat ad iudicem: put col
ligit in illo qui incidit in canonem late ſen
tentie: a iure pp violentam manuū iniectio
nem in clericum. Quia is cenſura ſtatim li
get: z ille pcutiens dicatur excōicatus. xvij.
q. iiij. ſiquis ſuadente diabolo: tñ regritur
proprij iudicis eccīaſtici declaratoria pene
z cenſure incurſe: vt eſt pulchra glo. z ibi p
Abba. panor. in cle. pñti. de cenſi. in ver. cō-
ſtiterit. z in clemen. ij. de pen. in ver. conſti
terit. z vtrobiqꝫ per doc. Ponunt Mo-
derni in. c. ij. de ſponſa. adeo q talis decla-
ratoria ferri non pōt ſine partis citatione.
Alias aūt ſententia illa declaratoria incur
ſus cenſure eccīaſtice a iure pmulgate eēt:
nulla: partis citatione non pcedente no. per
Jmo. poſt Zabare. in. c. extirpande. de pbē.
Ponit Frāci. de Aretio ꝯſilio ſuo. clxv. in
xj. col. vbi. d. regulam multū dilatat. Et Fe
linus in. c. Rodulphus. in antepe. col. i vſi.
citat Et pars. de reſcri. vbi hoc limitat: quo
ad citationem declaratorie pdicte. Et dcās
glo. intelligit tribus modis diuerſimode p
cedere. Primo qñ factum pp qō quis dr ex
cōicatus hꝫ diſcuti: z ita loquuntur. d. glo.
ſm eum. Quia alias dicit ipſe, poſt. d. Frā-
ciſcum. vbi ſupponit delictum pro indubi-
tato pp qō quis declaratur excōicatus. Tūc
non eſt opus citatione. alle. Ludo. Ro. cōſi.
cccxxxij. incip. i caſu pmiſſo. ad ſi. iducit. c.

reprehenſibilis. de appel. quem tex. ad hoc no.
Abb. ꝛ Moderni ſm eum. Et ita intelligi
tur. Rota. de ſen. excō. deciſ. xxi. in anti.: inci
pit. Si petat. ꝛ deciſ. iij. in no. co. ti. dum di
cit: ꝙ lз ordiarius: qui eſt canonis executor
debeat parte citata: cum cāe cognitione: ſū
marie tñ ꝓcedere ad declarandum aliquem
incidiſſe ſententiam canonis: ſiquis ſuadē
te diabolo: pp violentam manuum iniectio
nem in clericum: ad hoc vt publice excōice
tur: ꝛ euitet a xpi fidelibus. Tñ non reqrit
litis conteſtatio circa hoc. Q: nihil petitur
adiudicari vel auferri. ¶ Secundo intelli
gunt dicte glo. niſi declaratoria fieret ſuper
exceſſu notorio. Quia tunc non eſſet opus
citare excōicatum. tex. ē in. c. peruenit. il. i. de
appel. vbi per Abba. ꝛ Philip. ꝛ per eūdem
Abb. in. c. parrochianos. in. i. col. de ſen. ex
cō. Tunc tñ fit denunciatio: vt excōicatio i
noteſcat his qui neſciunt factum eſſe noto
rium. ¶ Predicta tñ limitatio ꝓcedit vbi
certum eſſet nullam iuſtam excuſationē ex
cōicato cōpetere: vt no. per Abba. ꝛ doc. in
. c. veſtra. de cohabi. cleri. ꝛ mulier. ꝛ in. c. ac
cepta. in. ij. col. de reſti. ſpo. Secus igit eſſet:
ſi aliqua legitima excuſatio eidem excōica
to cōpeteret. Et idem dici poſſet in pceden
ti fallentia eadē rōne, vnde dicebat Guliel.
in. d. cle. pñti. ꝙ licet factum ſit notoriū: tñ
pars eſt citanda: q: multa dñr notoria, que
non ſunt, vt dr̄ in. c. ad nr̄am. il. iij. extra de
iureiur. ꝛ idē dixit Jmo. in. d. cle. pñti. poſt
Guliel. in penul. col. ¶ Tertio fallit. d. regu
la niſi dubium eſſet de fuga citandi, q: tūc
omiſſa citatione declarari poterit excōica
tus. no. Abb. in. c. cum nō ab hoīe. de iudi.
vbi ēt ponit an ꝛ qñ aliqd dicat notorium:
modo pmiſſo. ¶ Ponit ēt Gemi. in. c. i. §.
ſi. in penul. col. de homi. lib. vj. vbi dicit ꝙ
citatio regulr̄ omittit vbicunq: pp eam in
duceret impunitas criminis. no. Bal. in. l.
conſentaneum. ḟſi. Quero vna cū Butri
gar. C. qūo ꝛ qñ iudex. ¶ Dicens ꝙ iſto etiā
caſu recipi poſſunt teſtes parte non citata.
Et hoc eſſe dicit ſpāliſſimum. Ne de fuga i
ſtruat reus. Dixit idem Bal. in. l. cunctos
populos. C. de ſum. tri. ꝛ fid. cath. in lectura:
ꝙ non eſt neceſſe ꝙ edictum pueniat ad eū
qui eſt ſuſpectus de receſſu. alle. Jnno. de ex
ces. pla. ex lr̄is. vnde Saly. ēt in. l. abſentes. C.
de accuſa. Dixit ꝙ Moderni iudices habi
ta informatione a teſtibus de crimine inci
piunt a captura. Que oīa faciunt ad ꝓpoſi

tum mãe nr̄e, ꝛ declarationis illius: q̄ p cō
cilium vt iudicem fieri dr̄ ꝯ Papam here
ticum: qui ſepe tentat manus concilij fuge
re. Cum ſui ꝯſcius ſit: put accidit pape Jo
anni. xxiij. in ꝯcilio Conſtantien. q poſtea q̄
aiaduertit concilium velle ꝓcedere ꝯ eum
eum aufugit a concilio. ¶ Ceterꝫ q: indubi
tata eſt oium ꝯclō: ꝙ papa a concilio corri
gi dānariq: pōt: ſaltem ꝓ crimine hereſis:
queri ſolet. Nunqd ꝯ eum excipi vel oppo
ni poſſit tpe eius electionis ad impediēdū
forte ipſam electionem. ꝙ ille noīatus in pa
pam ſit hereticus, ꝛ ꝙ pp ea eligi non poſ
ſit: ſed a cathedra reijci ꝛ minime introni
zari dꝫ, ſiue hereſis manifeſta: ſiue occulta ei
opponat. Jtem nunqd poſt ipſam electiōes
talis exceptio vel aliqua alia oppōi poſſit.
Quoad primū non vr̄ hēre dubium. Cus
tunc nondum ſit papa: ſed ſimplex Cardi
nalis ſuppoſitus iuri tam poſitiuo q̄ natu
rali ꝛ diuino ꝓut. Z. dcīn fuit. in. q. an papa
ſymonie labe inuoluat cum ſymoniace eli
gitur. Quoad ſm q̄ſitum. vꝫ. An poſtq̄ iā
electus eſt: exceptio aliqua ſibi opponi poſ
ſit ad dcām electionem inualidandam. Et
maxime exceptio hereſis, ꝯ gñalitatē illius
tex. Rn̄det gl. in. c. lз. de elec. in ver. exceptio
ne. ꝛ lз ꝙ talis exceptio ſibi opponi omnio
poſſit. per tex. in. c. ſi papa. xl. di. Jdē tenent
Goffre. ꝛ Philip. ſm Zabarel. ibi. q: ſi de
hr̄ſi pōt accuſari. Ergo fortius de hoc pote
rit ꝯ eum a principio excipi: q: cui damus
actionem ꝛ exceptionem cōcedimus. ff. de
ſuperficie. l. i. §. cui damus. c. qui ad agendū.
d. reg. iu. in. vj. ſed Jnn. eꝯ dicit ꝙ forte me
lius eſt dicere: ꝙ lз de hereſi accuſari poſſit.
Non tñ de hoc poterit contra eum excipi.
Quem ſeqtur Jo. an. rn̄dendo ad regulas
de qua. Z. ꝙ non hēat locum in poſſeſſorijs
recuperande vel adipiſcende. Et idem dixit
Jo. de ligna. ꝛ rō ſm eos. Quia papa p ele
ctionem ꝯſeqtur plenum ius. xxiij. di. in no
mine dñi. Ergo poſt electiōem non pōt ex
cipi: nec ſibi auferri qđ ſemel obtinuit p ele
ctionem ꝯcordes duaꝝ partiū collegij Car
dinalium. Niſi per accuſationes hereſis: ex
tra de accuſa. c. ſuper his. Qđ dicit Cardi.
videri verius: pro hoc alle. de appel. cōſtitu
tus. il. ij. Et dicit rn̄dendū eē ad dictā regu
lam, vt per Jnno. extra de excep. pla. c. inter
corporalia. ꝛ per eū in. d. c. conſtitutus. Jdē
ſequi vr̄ Archi. ꝛ Gemi. poſt eum. xxiij. di.
in. c. in noīe dñi. ꝛ l. d. c. ſi papa. ¶ Sed cō
trarium

trarium ꝫ multũ notabilr ꝛ incõuincibilr iudicio meo. Abb. panoꝛ. poſt. d. Anto. licꝫ eum aliq̃ntulum confuſe ꝓcedere dicat i. d. c. ꝉꝫ. in. v. col. ꝛ ſeq. ſ. ver. exceptione. vbi diſtinguendo ꝑut ēt facit in alio ꝓpoſito. i. c. item cum qs. de reſti. ſpo. in. ij. col. dicit ꝙ ſi opponitur exceptio: per quam negetur papam non fuiſſe electum a duabus partibus Cardinalium: vel Cardinales non fuiſſe illos qui elegerunt. Tales exceptiones, ꝛ oẽs alie exceptiones: que eẽnt contra q̃litatẽ ſuper qua fundatꝰ diſpõ. c. ꝉꝫ. ꝛ iuris remouẽtis, exceptiones contra talr electum bñ pñt ſemꝑ opponi. vt hr̃ in. l. i. vbi plene p Bar. ff. qd vi aut clam. ꝛ per hoc ꝯcludit ꝙ oĩs exceptio que de iure nãli vel diuino infert talem electum vel eligendum non poſſe eẽ papã: admitti dꝫ: q2 inficit ius hñdi ꝛ poſſidẽdi. Et talis exceptio admittitur ēt i poſſeſſorio recuperande: vt no. glo. viij. di. quo iure. Et ipſe Abb. in. d. c. itẽ cũ quis. vnde hec exceptio: ꝙ papa ſit hereticus: vel ꝙ ſit mulier: vel furioſus, vel infans, dꝫ admitti. Quia ſi eſt hereticus non põt eſſe Papa: q2 ius papatus non cadit in eum. Cum ſit excõicatus ꝛ ſic extra gremium ꝛ vniuerſitatem eccl'ie: extra de hereti. excõicamus. ꝛ de con. di. i. eccl'ia. ꝑut ſ. late diximus. Silr ſi ẽ mulier ꝓhibetꝰ eẽ papa. de peni. ꝛ remiſ. c. noua. Idem in furioſo ꝛ infante. Quia cũ iſti nãlr non hẽant ꝯſenſum, nõ pñt electioni de ſe facte ꝯſentire: nec ſeipſos ꝛ minus alios poſſent regere. Huiuſmodi igitꝰ exceptiones poſſent opponi ꝛ obſtarẽt anteq̃ adipiſceretꝰ poſſeſſionem adminiſtrationis papatus: q2 ſm eundem Panoꝛ. Poſteaq̃ iam adminiſtrationẽ adeptus eẽt: non exciperetꝰ ꝯ eum. Sed accuſaretꝰ ꝙ eẽt hereticus ꝛc. Alie aũt exceptiones que eẽnt introducte d iurꝭ poſitiuo: ꝛ q̃ nõ repugnarẽt ſubſtantie papatus: nullo tpe admitterentꝰ: nec poſſent opponi: ꝉꝫ eum incapacẽ redderent ſm ius poſitiuũ ꝛ ita intelligi dꝫ tex. in. d. c. ꝉꝫ. vt dicit idẽ Panoꝛ. Qd eſt valde notã.

¶ Non obſtat illud tritum ꝛ vulgare verbum, de quo ſ. in oppoſitione meminimus. ꝙ. ſ. papa poſſit oĩa. Quia rñdetꝰ hoc verus eẽ: q̃diu papa verus catholicus vnicus fuerit, ꝛ ſm formam: ꝛ normam vite papalis vixerit: qd bene ꝓbat tex. in ꝯtrarium. alle. in. c. nemo. ix. q. iij. Dum inqt. Nemo iudicabit primam ſedem iuſtitiam tẽperare deſiderantem ꝛc. Sed ſi papa: vt ſ. diximus. hereticc ꝛ ſciſmatice viuẽdo ſeipſum eijcit extra gremium eccl'ie: ꝛ catholicoꝝ ꝛ viuit: non vt papa. Sed vt ſceleratus ꝛ infidelis hõ. Tunc non dr̃ papa: cum iuſtitiam in ſeipſum tẽperare non deſideret: ꝛ minus in alios. Ergo tũc nihil põt: cũ oẽm ꝓrſus poteſtatem amiſerit: vt oſtẽdimus ſ. Propterea dicunt Inno. ꝛ alij poſt eum. in. c. magne. in. c. qd ſuper de voto. ꝛ in. c. q̃to. d iureiuran. ꝙ papa põt oĩa de iure: non aũt de facto. Ita ꝙ clauis diſcretionis ꝑcedat clauem poteſtatis: ꝛ dicebat Hoſti. in. c. q̃to. de tranſla. ꝑla. ꝙ papa in terris gerit vices dei: ꝛ ipſius dei ac pape idem eſt Conſiſtorium ar. in. c. romana. de appel. in. vi. Et ꝙ iudicando: ligando: ꝛ ſoluẽdo valet qcquid agit papa claue non errante. xxiiij. q. i. quodcunq3. Qd ſic dꝫ intelligi ſm eum. ¶ Sed longe melius dixit Magr̃ ſententiaꝝ in ꝓpoſito nr̃o. lib. i. di. xiij. dum dr̃: ꝙ deus poteſt oĩa: hoc. n. intelligi ꝛ ſubaudiri dꝫ: ꝑter illa. ſ. ex qbus dei dignitas lederetur: eiuſq3 excellẽtie derogaretꝰ. Q2 h nõ eẽt poſſe: ſed potius nõ poſſe. Cũ dicat iperfectionẽ maieſtatis ꝛ potẽtie diue, ſicut ergo, deus põt oĩa: exceptis illis: que dicunt impfectiones: ꝛ que ꝓducerent pctm̃: qd facere non põt. Nec hoc cadere põt in deo: rõne ꝑdicta. Et q2 poſſe peccare (vt inqt Auguſtinus) non eſt aliqd poſſe: imo eſt non poſſe: vnde ille ſolus vocatꝰ oĩpotens: qui hoc non põt. de peni. di. ij. §. charitas. vbi glo. hoc declarãs: inqt: ꝙ veꝝ poſſe eſt vicijs reſiſtere. Ergo qui vicijs reſiſtere non põt, dr̃ nõ poſſe qd imperfectionem ptãtis denotat. Ita igitꝰ ꝛ nos i ꝓpoſito nr̃o dicimus: ꝙ qñ dr̃ ꝙ papa hꝫ plenitudinem ptãtis, ꝛ ꝙ põt oĩa: intelligi: ſubaudiriq3 dꝫ: ꝑter illa que in ſe cõtinent pctm̃. Et que derogarent fidei chr̃iane: ꝛ iuriſdictioni ac potentie papali: que ſ. firmaꝫ petram: hoc eſt ſ. xp̃m: xp̃iq3 fide ſtabili ſoliditate firmata eſt. xxiiij. q. i. loqtur dñs. iuncta glo. in ver. petram. ꝛ tex. in. c. quodcunq3. cum ſi. vnde ſi papa ab hac fidei integritate: ꝛ originali puritate diſcedit. Tunc non immerito dicimus ipm̃ nihil poſſe: ꝛ papam non eẽ, ſed quocũq3 fideli ꝛ catholico xp̃iano inferioꝛem: deterioꝛemq3 eẽ: ꝑut ponit ꝛ ꝓſeqtur diuus Thomas in q̃rto ſententiaꝝ. di. xix. ꝛ dixit glo. xxiiij. q. i. acacius. ꝙ ſi papa hereticus eſt: in eo qd eſt hereticus: eſt minoꝛ quolibet catholico. xij. q. i. ſcimus. Quia lex ꝛ diuina ꝛ humana factum

notat:etiam ſine ſentētia.ff.de ritu nuptia-
rum.l.palam.§.vltimo. Et ſubdit.d.glo. q
caſus iſte hereſis,in quo papa papam liga-
re pōt iure ſuo poſitiuo. Quia Papa here-
ticus in canonem late ſententie incidit. de
hereti.c.excōicamus.Et ab hoc ſe abſoluere
non pōt:nec canonem tollere. Nec hoc caſu
locum habere pōt regula: q par in paré nō
hꝫ imperiū:extra de elec.innotuit,rōne ꝑdi
cta q.ſ.oī ꝓpſus ptāte priuatus eſt hereti-
cus:ꝛ ppea nihil ad nos de his q foris ſūt.
¶ Scd's caſus ſeu cā:que dr̄ eſſe de foro cō
cilij.ſ.Papam viuentem, eſt ꝑcedentis ger
mana:ꝛ quaſi ſimilis. Nam ſic oculos: ſic
illa manus:ſic ora gerebat, vt ingt Maro:
de Aſchanio Enee filio. Hec eſt igit̄ cauſa
ſciſmatis.Cuꝫ Papa eſt ſciſmaticus: ꝛ ab
vnitate fidelium ꝛ eccl'ie catholice diuiſus.
Nam ſciſmatici diuidēdo ſe ab vnitate ec-
cleſie:incidunt ēt in hereſim dūꝫ abiecta ꝓ-
ximi charitate a corpore ꝛ a capite ipſius ec
cleſie diſcedunt,ſibiq; caput aliud, alios cle
ricos:ꝛ eccl'iam aliam ꝯſtituūt.xxiiij.q.i.lo-
quit̄ dñs.Ibi.Sed exordium ab vnitate ꝓ
ficiſcit̄:vt eccl'ia xp̄i vna monſtret̄: ꝛ.ſ. quaꝫ
vnitatem firmiter tenere ꝛ vēdicare debe-
mus,maxime nos ep̄i:qui i eccl'ia dei ꝑſide-
mus:vt ep̄atum quoq; ip̄m vnum atq; in-
diuiduum ꝓbemus. Nemo fidei vitaté pſi
da ꝑuaricatione corrumpat. Ep̄s vnus eſt:
cuius ſingularis in ſolidum pars tenet̄: ꝛ
eccl'ia vna eſt:que in multitudine latius in
cremento fecunditatis extēdit̄ ꝛc. Sciſma
igit̄ a greco fonte eſt.xxiiij.q.i.ſciſma.Et la-
tine diuiſio ſeu ſciſſio vel ſciſſura dr̄.Eſt āt
ſciſma mortale pctm̄, qd charitati oppōit̄:
q: eſt eccl'ie vnitatem: que eſt quoddā bonū
participatum diuidere:vnde ſciſmatici ni-
hil ex iuſtitie mercede ꝯſequunt̄:q: vbi cha-
ritas non eſt:non pōt eſſe iuſtitia. Dilectio
enim ꝓximi malum nō opat̄.xxiiij.q.i.vbi
vnde ingt venerabilis Beda: qd hr̄. ea.cā.
ꝛ.q.c.quamq;. Quicūq; ab vnitate fidei vel
ſocietatis Petri apl'i quolibet mō ſemetip-
ſos ſegregarint. Tales nec vinculis pctōꝝ
abſolui:nec ianuas pñt regni celeſtis ingre
di. Qd qdem ſcelus adeo dño diſplicuit:vt
Dathan ꝛ Abyron filios Eliab:ꝛ Chore fi
lium Iſuar:cum ſciſmaticando ſe cum ſuis
ſequacibus a Moyſe ꝛ Aaron , ac reliquo
populo dei in deſerto diuiſiſſent,vt ducatū
populi dei ſibi vendicarent. Terra aperiēs
os ſuum deglutiuerit cū tabernaculis ſuis

ꝛ vniuerſa coꝝ ſubā:capiunt̄ aūt ſciſmati-
ci ſm Abb.panor.in rubri.de ſciſma. qñq;
largiſſime,ꝛ tunc oēs exiſtētes in pctō mor
tali pñt dici ſciſmatici,cum ſint extra cha-
ritatem.xj.q.iij.audi deniq;.xxiiij.q.iij.dix̄.
Item large aliquādo appellant̄ ſciſmatici,
vt ſunt excōicati: qui non ſolum ſunt extra
charitatem:ſed ex̄ eccl'iam ꝛ cōionem reli-
quoꝝ fidelium.xj.q.iij.cū excōicato.ꝛ.c.ſeq.
Stricte vō dñr ſciſmatici:q ꝓpo ep̄o de ſe-
de ep̄ali:vel papa d ſede papali eiecto:ſedes
ꝑdictas occupantes ꝑſbyteros ꝛ clericos ꝓ
prios ſciſmatis ſui ſectatores faciunt. Stri
ctiſſime aūt ſm caſum nr̄m dñr ſciſmatici
illi qui ſe diuidunt ab vnitate eccl'ie:conſti-
tuendo ſibi aliam eccl'iam, ꝛ alios clericos
ordinando ꝛ ſacerdotes:ꝛ ſic ponendo plu
res eccl'ias q̄ꝫtum in eis eſt, iuxta tex. in.d.
c.loqtur. ꝛ lꝫ ſm iſtam vltimam ſpēm, iſti
tales dici debeant heretici,cum faciant cō-
tra articulum fidei, ꝛ vnam ſcām catholi-
cam ꝛ apl'icam eccl'iaꝫ. Tñ ſciſmatici ab he-
reticis differunt:q: vt inquit diuus Hiero
nymus in ep'la Pauli ad Gallatas:ꝛ habe
tur.xxiiij.q.iij.c.inter hereſim,vbi ingt iter
hereſim ꝛ ſciſma hoc intereſſe arbitror: q
hereſis ꝑuerſuꝫ dogma habeat:ſciſma poſt
ep̄alem diſceſſionem ab eccl'ia pariter ſepa-
ratur:qd eqdem in principio aliqua ex par
te intelligi pōt diuerſum. Ceteꝝ nullum ſci
ſma eſt niſi ſibi aliquam hereſis confingat:
vt recte ab eccl'ia receſſiſſe videat̄. Unde gl.
ibi dixit, q dici pōt q iter hereſis ꝛ ſciſma
hec ſit dñia:q̄ ē inter diſpōnē ꝛ habitū. Pri
mo.n. dr̄ ſciſma:ſed poſtmodum cum ꝑti-
naciter adheſerit ſue ſecte dr̄ hereſis: ita q
dici pōt:q oīs hētícus dr̄ ſciſmaticus ſed
non eꝯ.Et ſic inter hec:illa erit dñia:que eſt
inter ſpēm ꝛ genus. Concludendo igit̄ ſm
Abb.panor.vbi.ſ.dicendum vr̄:q ſciſmati
cus ſi hoc nomen capiat̄ largiſſime:large:
aut ſtricte:dici non pōt ꝓpe hereticus:vt pꝫ
ex ſupraſcriptis.Si vō capiat̄ ſtrictiſſime:ꝛ
tunc dupl'r hoc ꝯſyderari pōt,q: aut ſciſma
ticus ꝯſtituit aliam eccl'iam ſe oīno diuidē
do ab eccl'ia Roma.vt faciunt Greci: Boe
mi:Ruteni,Prateni:ꝛ alij plerīq; chr̄iano
rum. Qui dicunt Patriarchas ꝛ ep̄os eo
rum eandem hēre iuriſdictionis ꝛ admi-
niſtrationis ptātem in ſubditos ſuos: quā
hꝫ papa in ſuos. Plures ponūt eccl'ias:pl'a
capita atq; principia eccl'ie vnitatem diui-
dendo ꝯ articulū fidei : ꝛ vnā ſcām eccl'iaꝫ:

de quo

de quo pulchre in extrauagan. Bonifacij. viij.
incip. vnā ſcā. Et iſti dr̄r ſciſmatici hẽtici:
⁊ ita intelligunt iura ⁊ tex. in.d.c.inter he-
reſim:dus dicunt ꝙ ſciſma non eſt ſine he-
reſi. Aut ⁊ ſcdo iſte ſciſmaticus non conſti
tuit nouam eccliam:nec fidei vel ecclie vni
tatem diuidit vel credit: ſed potius vnicaꝫ
eccliam vniuſqꝫ caput ecclie. Sed illud apđ
ſe eſſe credit ⁊ dogmatiçat: put ꝯtingit in
duobus vel pluribus de papatu ꝯtendenti
bus:vt fuit videre tpe illius diri atqꝫ horrẽ
di ſciſmatis tpe concilij Conſtantienſis:qꝛ
vnuſquiſqꝫ ipſoꝝ pontificũ aſſerebat ſe eſſe
veꝝ atqꝫ vnicum pontificẽ:⁊ eccliam vni-
cam eſſe apud ſe:alioſqꝫ pontifices ⁊ popu
los appellabat ſciſmaticos. Quo caſu niſi
alia prauitas intercedat. Tales non dr̄r ꝓ
prie heretici:ſed mere ſciſmatici: put no.in
c.i.extra de ſciſma.eſt bona glo.xxiiij.q.i.c.i.
in ver.qui vero:que dicit ꝙ hodie oīs here
ſis eſt dānata:⁊ oīs hereticus ē excōicatus.
extra de here.excōicamus: ⁊ ꝙ ꝓpterea eo
rum ſententie non tenent:idemqꝫ dicit eſſe
de quolibet ſciſmatico:ſi intelligatᷣ ſtrictiſſi
me:vt.ſ.qꝛ vt inquit ipſa:ſciſma non poteſt
eſſe ſine hereſi:niſi forte in ſummo pōtifice:
vt ſi duo crearentᷣ,⁊ vterqꝫ ipſoꝝ crederet
eccliam Ro.eē apud ſe. vij.q.i.factus ē Cor
nelius. ¶ Scdm que redeundo ad ꝓpoſitũ
nr̄m papam multiplr̄ ſciſmaticum ꝯſyde-
rare poſſumus. Primo qñ vnicus eēt rite
⁊ legitime creatus:q forte eēt natione Gre
cus:vel Boemus:⁊ qui greciçando eodem
ſciſmate imbutus Grecoꝝ ſciſma ꝯfoueret:
teneret:crederet:⁊ dogmatiçaret:ecclie vni
tatem ſcindendo:confundendo, ſcandaliçā-
do,⁊ ꝑturbando. Tunc ꝓculdubio papa ta
li hereticali ſciſmate īuolutus a concilio ge
nerali comprimi:iudicari atqꝫ deponi poſ-
ſet ſm iura ꝑmiſſa:⁊ tanto qdem fortius:
qꝛ vltra iſtud hereticum ſciſma greci ꝑlibus
alijs erroribus iam ab ecclia in ꝯcilio Lug-
duneñ. dānatis. de ſum.tri.⁊ fide catho. ſi-
deli.lib.vj.adhuc inſiſtunt: ⁊ ꝑtinaciter in-
uoluuntᷣ:vt plenius dixi: in libello meo de
ꝑſtantia patriarchaꝝ. Et ꝓpea qcunqꝫ in he
reſim ſemel damnatas ab ecclia laberetur:
eiuſdem hereſis dānationē incideret.xxiiij.
q.i.acacius.ſſ.i. Quo caſu a ſynodo genera-
li papa iudicandus:dānandus:ſeu declarā
dus venit: put.ſ. diximus ⁊ bene probatᷣ.
xxiiij.q.i.i.c.maiores.in.c.acacius. ſſ.ij.⁊ in
ſeq.⁊ in multis alijs caplis. ea.xxiiij.q.iij.

¶ Secundo papa dici poſſet forte ſciſmati
cus. Qñ aliqua magna ex cauſa concilium
neceſſario conuocandum eſſet. Puta ꝓpter
hereſim: ſciſma:vel generalem reformatio-
nem eccleſie: tam in capite ꝙ̄ in membris:
⁊ ipſe a collegio Cardinalium:ab Impato
re:vel a patriarchis ⁊ ꝑlatis interpellatus
concilium conuocare:illud ſibi forte ꝯſcius:
non ſolum nollet conuocare: ſed ſe oīno op
poneret. Ne ab alijs cōuocaretᷣ:vel celebra-
ri poſſet. Tunc.n.ſi Patres concilij alias
rite ⁊ legitime conuocarentᷣ,ſeruato modo
⁊ forma de qbus.ſ.in ti. Quis conciliũ con
uocare poſſit ⁊c. Et Papa ꝑtinaciter ſe ab
eis ⁊ ab vniuerſali eccleſia ſegregaret: vt ſe
ipſum ⁊ alios in ſuis erroribus ⁊ notorijs
delictis confoueret. Concilium ꝓculdubio
contra eum:tanꝙ̄ contra ſciſmaticum ec-
cleſie vnitatem ſcindentem: ſcandaliçantem,
perturbantem, ⁊ diſcolorantē congregari:
eumqꝫ iudicare ⁊ condemnare poſſet. Pro
ut bene colligitᷣ ex illa famoſa ⁊ notabili gl.
quam vt inquit Abb. Panor.in qōne. Epi
ſcopus ⁊ qdā rector.in.ij.q.in.vj.col.in vſi.
Tertius caſus: totus mūdus approbat.xl.
di.ſi papa.in ver.a fide:qꝛ vt īquit idē Pa-
nor.per eam.ibi.ſi papa ſtat in peccato no-
torio,⁊ admonitus per concilium vel per
alios xp̄i fideles:non vult deſiſtere,ſed īcor
corrigibilr̄ ꝑſeuerat in eo: ⁊ ſic ſcādaliçat ec
cleſiam: pōt tanꝙ̄ hereticus puniri ſm.d.
glo. Et per hanc vias poterit concilium, vt
inquit ipſe Abb. Crimen pape denūciare:
⁊ ad effectum ꝙ per eccleſiam admoneatᷣ ⁊
corrigatᷣ. Poterit ad conciliũ appellari vbi
pctm̄ eēt notorium. Pro quo bene facit tex.
xxiiij.q.i.c.qui contra eccleſie pacem ſunt:ſi
dignitatem aut cingulũ militie habent nu-
dentur eis,facit tex.in.c.pudenda.⁊ in.c.ſci
ſma.ea.cā ⁊.q. Idem tꝫ ⁊ ſeqtur.d.petrus
de monte in ſua Monarchia in ſcda cōclu
ſione circa ſi. Ubi dicit ſe fateri ꝙ cōtra ve
rum aplicum nutrientem ⁊ fouentē ſciſma
inueteratum ⁊ impedientē eccleſie vnionē
poſſet concilium procedere,eo mō quo con
tra hereticum ꝓcedere pōt. Quia cōfouēs
ſciſma pōt dici hereticus,qꝛ facit contra ar
ticulum, vnam ſcām eccleſiam ⁊c. vt no.gl.
in cle.ad nr̄am.de hereti. de quo etiam per
beatum Tho. 2ª ſecunde.q.xxxix.arti.i.dici
tur aūt pertinaciter in ſciſmate perſiſtere
⁊ ſe in eo confouere:ſi non eſt paratus ſe ꝙ̄
primū corrigere: ⁊ ſciſma ab eccleſia tollere

iuxta no.in cle.i.§.porro.de ſum. tri.vbi bo
na glo.in ver.pertinaciter. Que dicit ꝙ p-
tinacia eſt in malo:ꝛ ꝙ pertinax dr̃: qui eſt
durus irreuocabilis:idocilis:ꝛ obſtinatus:
qḋ probat tex.de vſur.in cle.ex graui §.ſane.
cum ſi. Et de hoc quidem ſecundo caſu pa-
rum dubitandum vr̃: quin concilium co-
gnoſcere ꝛ determinare poſſit ꝯ papam ta-
liter ſciſmaticum propter p̃miſſa:ꝛ propter
decreta ꝯcilij Conſtantieñ.in quarta ꝛ q̃n-
ta ſeſſione edita. In q̃bus declarat̃ ꝙ ſyno
dus gñalis p̃tãtem imediate hꝫ a xp̃o: ꝛ qḋ
eidẽ ſynodo quilibet cuiuſcunqꝫ ſtatus vel
dignitatis: etiam ſi papalis exiſtat obedire
tenetur:in his que pertinent ad fidem:ꝛ ad
extirpationem ſciſmatis:ꝛ reformationem
eccleſie in capite ꝛ in membris. Quod q̃dẽ
re ipſa approbat̃:q2 idem concilium. Ioan.
xxiij.contra dictum concilium reluctantes
per ſñiaꝫ diffinitiuã papatu priuauit: vt pꝫ
ex tenore ſententie eiuſdem ſeſſione.xij.
¶ Tertio item papam vnicum veluti ſci-
ſmaticũ a concilio dãnari: iudicariqꝫ poſſe
conſyderamus. Cum conſtat ipſum ſanctã
petri ſedem ꝛ cathedram.pecunia: aut gra
tia hũana:vel populari:ſeu militari tumul
tu ſine concordi ꝛ canonica electione, duaꝝ
ſaltem partium dominoꝝ Cardinaliũ, per
impreſſionem occupaſſe:ſeqꝫ intronizari fe
ciſſe. Nam tunc Papa q̃ntũqꝫ vnicus non
apoſtolicus:ſed apoſtaticus dici hẽriqꝫ de-
bet:ac tanq̃ꝫ inuaſor ꝛ ſancte vnitatis catho
lice fidei deſtructor: a concilio Cardinalium
ꝛ alioꝝ p̃latoꝝ anathematizari. Et humão
Imperatoris ꝛ alioꝝ principum chriſtiano
rum iplorato auxilio a ſede apoſtolica:pelli
ꝛ deturbari dꝫ. Dictoqꝫ caſu Cardinales
ſeu concilium,vel in vrbe vel extra vrbem:
vbicunqꝫ cõmode conuenire poterunt:aliũ
verum ꝛ legitimum Romanum Pontifi-
cem per canonicam electionem conſtituẽt:
ꝓut ꝫ quoqꝫ late concluſimus. in ti.quibus
ex cauſis conciliũ generale congregari poſ-
ſit.§.ex his. ꝛ ex verbis dicte glo. que om-
nia probant̃: quaſi formaliter per tex. Ni-
colai pape valde notabilem.lxxix.di.in.c.ſi-
quis pecunia. Quod ꝯprobat ꝛ firmat.tex.
in.c.li de vitanda.extra de elec.q fuit Alex.
iij.vbi pꝫ,ꝙ electus a minori parte Cardi-
nalium:vel qui non habuit conſenſum ſal-
tem duarum partium eorũdem: non dicit̃
verus papa:ſed tanq̃ꝫ ſciſmaticus ꝛ excom
municatus cum omnibus ſuis ſequacibus

eſt fugiendus ꝛ deturbandus. Et bene pro
bat tex.ille ꝙ talis qui ſe itruſit in papatũ:
modo predicto ſit ſciſmaticus : dum dicit:
ꝙ ſi noluerit reſcipiſcere:ꝙ cum Dathan ꝛ
Abiron recipiat portiones quos veluti ſci
ſmaticos terra degluttiuit viuos, cuꝫ ſequa
cibus ſuis:ꝓut ꝫ meminimus. Illa autem
duo iura:preſertim autem tex.in.d.c.ſiquis
pecunia. Tantam perturbationem in eccle
ſia ſancta dei induxit. Anno chriſti Mille-
ſimo Trecenteſimo Septuageſimo octauo
poſt mortem Gregorij.xj. ꝛ creatiõem Vr
bani ſexti. Qui electus fuit per mortem di-
cti Gregorij extra gremium Cardinalium.
Cum tunc eſſet tantum Archiepiſcopus
Barreñ.ſtãte diſcordia inter Cardinales:
ꝛ populum Romanum:qui Romanũ vel
ſaltem Italum eligi poſtulabat cum inſtan
tia: vt dici potuerit illud quod dictus fuit
ab Innocentio illi principi qui ab eo pete-
bat Matt^m, per verba de preſenti cõtractũ
ꝛ nondum conſumatum diſſolui, allegãdo
glo.in.c.ex publico.de cõuer. cõiugato. Cui
idem Inno.vt refert Hoſti.ꝛ Abb.panor.
ibi rñd.maledictus qui te docuit illam gl.
Ita ꝛ ipſis Cardinalibus. Qui poſtea di-
ſceſſerunt a dicto Vrbano. Et ſub pretextu
ꝙ per impreſſionem ꝛ metum populi Ro
mani violenter electus ꝛ itronizatus fuiſ-
ſet. Clementem ſextum elegerunt. Qui cu-
riam ſuam Auinionem tranſtulit. Dici pa
riter potuerit maledictus qui vos docuit
illum tex.in.c.ſiquis pecunia:q2 prefati Car
dinales propter illum tex.qui dicit ꝙ tali-
ter electus per impreſſionem depellatur ꝛ
alius eligatur ꝛc. Induxerunt horrendus il
lud:ꝛ abhominabile ſciſma. Quod eccleſiã
dei quadraginta fere annis: vſqꝫ ad conci-
lium Conſtãtienſe. Et ad creationẽ Mar-
tini quinti. Tribus quandoqꝫ pontificibus
inter ſe concertantibus. Quis eoꝝ eſſet ve
rior pontifex. Eccleſiam dei diuerſis procel
lis conquaſſauit eligendo dictum Clemen
tem ex eo ꝙ electionẽ Vrbani propter vio
lentiam p̃dictam nullam ꝛ inualidam eſſe
dicebant. De quo q̃dem ſciſmate:figurãdo
caſum ad longum:ꝛ arguendo ad partes:
eleganter ſcripſit Bal.inſtante quodã Car
dinale.in trac.ſciſmatis: quem poſuit in le
ctura ſua.poſt rubricam.C.ſiquis. aliques te
ſta.prohibuerit. Incipit ad honorem dei:ꝛ
beate Marie ſemper virginis:ꝛ beati Pe-
tri principis apoſtolorum : ꝛ eccleſie tam

triumphantis

triumphantis q̄ militantis ⁊c. Ibiq; con
cluſiue determinando dicit: ꝙ attento ꝙ
Urbanus erat in poſſeſſione papatus: ⁊ ne
mo de hac cauſa iudicare poterat: niſi forte
ſacrum concilium totius mundi legitime
congregatum: qḋ qdem congregari nō po-
terat: niſi per dictū Urbanum, qui ſedebat
ſuper cathedram ſancti Petri in loco ſuo
naturali. ar. ff. de offi. prefec. augu. l. i. vbi de
hoc ⁊ attēto ꝙ primo electus fuit ab omni
bus Cardinalibus qualitercunq;. Et ꝙ ſub
ſequenter omnes in eum conſenſerunt pre-
ſtando eidem obedientiam ⁊ reuerentias:
⁊ ei alia cerimonialia exhibēdo, ac gratias
beneficiales ab eo forte reportando ⁊ reci-
piendo. Sibi tñ cōcludere aſſerit: ac ſaluo
iudicio eccleſie: cui ſe ſūmittit. de ſum. tri. ⁊
fide catho. dānamus: credere. Urbanū pre-
dictum vere ⁊ proprie dici ⁊ eē Papam ⁊
apoſtolicum dicendum: tenendum: ⁊ nūcu
pandum: cum aſſentiendum non ſit leuita
ti eoꝝ, qui perfectam donationem reuoca-
re contendebant. C. de condi. ob cām. l. ſi re-
petendi. ¶ Quarto quo ad ſm ſtatum pa-
patus. vz. qñ duo vel plures de papatu con
tenderent Papa dicetur ſciſmaticus ⁊ con
cilio generali ſuppoſitus. Quotienſcunque
vno rite ⁊ canonice electo ⁊ intronizato in
ſede apoſtolica, alter ſe ab aliquibus forte
Cardinalibus ab electione veri pontificis
diſcrepantibus. Papā eligi obtinet: certāq;
eccleſiam ⁊ prouinciam aut ſedem Roma-
nam occupat: ſuoſq; Cardinales ſuūq; cle-
rū in ſua obedientia conſtituit. ac ſe ab vni
tate ſancte ecclie diuidit. Ita ꝙ duo vel for
te plures pontifices hoc modo reperiātur:
licet vnus apoſtolicus: alter vero eēt apoſta
ticus: ſicut legimus d̓ Cornelio, qui Fabia
no canonice ſucceſſerat. Et nihilominus no
uatianus poſtea ſedem occupauit. Unde cū
ſequacibus ſuis ſciſmaticis antipapa ⁊ ve-
luti antixp̄s iudicatus de ſede Petri detur
batus fuit. vij. q. i. factus eſt cornelius. Qḋ
tangit etiam Gratianus. in. c. ſi duo § hoc
autē capſm. lxxix. di. ¶ Seu ⁊ aliter conſy
derando tertium ſtatus papatus Papa di-
ceretur ſciſmaticus. Quando ſede vacante
concurrentibus Cardinaliū votis duo vel
plures pontifices in diſcordia Cardinaliū
ſimul creati fuiſſent. Et eoꝝ qlibet papatū
ad ſe pertinere ꝑtendit. Quo caſu neuter ꝑ
dictorum: verus pontifex dici poterit. Sed
alter premiſſa tumultuaria electione nō ob
ſtante: eligendus omnino erit: vt habetur.
lxxix. di. in. c. ſi duo. vbi predicti duo caſus
habentur ad litteram. Ibi ſi duo forte con-
tra phas temeritate concertantius fuerint
ordinati: nullum ex eis futurum ſacerdotes
permittimus. Sed illuz in ſede apoſtolica
permanſuꝝ cenſemus: ques ex numero cle-
ricoꝝ, noua ordinatione diuinum iudicius
⁊ vniuerſitatis conſenſus elegerit ⁊c. Pro
quo facit tex. extra de ele. c. conſyderauimus.
iuncto. c. lz de vitanda. eo. ti. Ubi per doc.
Dicit autem glo. in. d. c. ſi duo. ꝙ Cardina-
les dicto caſu non priuant̄ poteſtate eligen
di: contra id quod habetur in. c. cum in cū-
ctis. de elec. Querit item. d. gl. quis erit iu-
dex. ꝙ dicta electio facta fuerit cōtra phas:
⁊ dicit ꝙ Cardinales non poſſent eē iudi
ces: qꝛ iudicarent de facto proprio: qḋ non
licet. Deinde variādo dicit: ꝙ forte illud. c.
intelligit̄ quando neuter dictoꝝ duoꝝ fuit
electus a duabus partibus Cardnialium:
vel concilium vocabit̄ ad hoc ſm eas. Nec
contra premiſſa. ob. c. ſi forte. lxiij. di. vbi di
citur ꝙ ſi vota eligentium ſe in duas par-
tes diuiſerint in electionibus epiſcopoꝝ: ꝙ
ille preferri debet alteri qui maioribus iu-
uat̄ ſtudijs ⁊ meritis iudicio Metropoli-
tani: qꝛ vt inquit. d. gl. in. d. c. ſi duo. in ver.
nullum tex. in. d. c. ſi forte loqtur: vbi bono
zelo procedit̄ ad electionem tex. vero in. d.
c. ſi duo. procedit vbi ad electionem malo
zelo proceſſum fuiſſet: qḋ patet ſm eas per
illa verba: cōtra phas ⁊c. Sed aliter ſoluit
glo. ix. q. iij. in ſum. Que dicit ꝙ ille tex. in
c. ſi forte: migrauit ab aula: ⁊ ꝙ hodie non
tenet propter tex. in. c. qꝛ ꝑpter. extra de ele.
vbi ſtatuit̄ ꝙ electus a maiori parte capitu
li obtineat: ⁊ ꝙ electiones aliter facte q̄ ibi
dicit̄ nullius ſint momenti ⁊c. Et ꝑpterea
poſito etiam ꝙ tex. in. d. c. ſi forte non eſſet
aliter reuocatus. Tamen aliter ſoluendum
foret. vz. ꝙ aliud hic ⁊ aliud ibi. Nam tex.
in. c. ſi duo. loquitur de electione Pape: cui
ſtatuta ē certa forma diuerſa a forma com-
muni: vt apparet. xxiij. diſt. in. c. in nomine
domini. iuncto. d. c. lz. de elec. ⁊ in. c. vbi pi-
culum. eo. ti. lib. vj. ⁊ in. d. c. ſi duo. Tex. ve-
ro in. d. c. ſi forte loquebat̄ in electionibus
prelatorum inferioꝝ in forma cōmuni. Er-
go ex diuerſis nō infert̄. Et ꝙ iſte caſus. vz.
quando duo vel plures contendunt de pa
patu ſpectet ad concilium: vltra iura anti-
qua manifeſte conſtat ex geſtis concilij Cō-

ſtantieñ.in quo Joãnes.xxiij.ꝛ Bñdictus.
xiij.propter ſciſma ꝛ alia eoꝝ crimĩa priua-
ti:depoſitiqꝫ fuere:ꝛ Grego.xij.ceſſit papa-
tui:ꝛ Martinus.v.electus fuit in papam.
Qꝺ comprobat ꝛ eleganter proſequit:per
illum tex.in.d.c.ſi duo.dñs Cardinalis Za
barella in trac.ſuo de ſciſmate, ꝛ vnitate ec
cleſie.Quem poſuit in lectura poſt tex.d.c.
licet de vitanda.de elec.ꝛ poſt eius cõſilia.
Et iſto caſu ꝙ ad concilium ſpectet iudica-
re,facit tex.ij.q.vij.§.item ſymachus. verſi.
item cum balaam.ꝛ habetur.xvij.di.§.hinc
etiam. vbi hr̃ ꝙ cum ſciſma eẽt in eccleſia:
eo ꝙꝛ Laurentius cõtendebat cum Syma-
cho de papatu: congregatum fuit generale
conciliuꝫ:ꝛ cum peteret a Theodorico Re
ge Ro.qui tunc concilio intererat:vt ſentẽ-
tiam proferret contra eos. Ipſe Rex deo in
ſpirãte rñdit(vt inquit tex.ibi) ſynodalis
eſſe arbitrij in tanto negocio ſequenda pre-
ſcribere.Hoc eſt vt dicit idẽ Zabarella,ſta-
tuere quid alij ſequi deberent. Et ſubdit ꝙ
licet in.d.tex.non plene exprimat̃. Tamen
ꝙ legit̃ in Cronicis,ꝙ tunc erat ſciſma in
ter Laurentium ꝛ Symachum.Et tandeꝫ
poſt argumenta ꝛ dicta quedaꝫ eoꝝ que le-
gunt̃:ꝛ no.p Archi. Jo.an.ꝛ alios in.c.in
fidei fauorem.de hereti.in.vj.Idem Cardi
na.concludit:ꝙ non eſt opus inſtare circa
hoc:ꝙ.ſ.hec iuriſdictio quando plures cõ-
tendunt de papatu ſpectet ad concilium:ꝙꝛ
periti canonum cõmuniter in hoc conue-
niunt.Hoc idem etiam firmat ꝛ late proſe
quitur.d.Archiepiſcopus Florentinus.in
ſum.ſua.parte ſecunda.ti.iij.c.xj.§.vj.Et ad
id qꝺ obijci poſſet contra tex. in.d.c.ſi duo
ꝙ.ſ.emanauerit ab Honorio auguſto: ꝛ ꝙ
Impatori vel laycis non licuerit de electio
ne vel rebus eccleſiaſticis diſponere.xcvj.
di.bene quidem. Rñd.ꝙ ille tex. emanauit
ad inſtantiam ꝛ requiſitiones pape ꝛ eccle-
ſie:ꝛ ꝙ eccleſia eum approbauit. Quo caſu
ratione talis approbationis dicitur eſſe Ca
non eccleſie: ꝙꝛ omnia noſtra facimus ꝛc.
Ibi etiam proſequit̃ ideꝫ Archiepiſcopus:
quot ſciſmata fuerint in eccleſia ꝛ a quibus
habuerint ortum.Et ſubdit ꝙ ſcientes pa-
paꝫ eſſe illegitime ꝛ minus canonice electũ:
eiqꝫ adherentes non minus dicunt̃ ſciſma-
tici ꝙ̃ ipſe:ſiquis autem probabilr̃ ignora-
ret vel dubitaret:quis ex pluribus conten-
dentibus eſſet verus Papa: aut crederet il
lum ſub cuius obedientia:ipſe degit: eſſe ve

rum ꝛ vnicum papam Apoſtolicũ:alioſqꝫ
omnes eſſe antipapas apoſtaticos ꝛ intru-
ſos:ꝙ talis tunc nõ poſſet dici ſciſmaticus:
nec peccaret taliter credẽdo, ꝙꝛ iſte non eſt
articulus fidei:credere.ſ.ꝙ iſte vel ille ſit ve
rus papa ꝛ ille ſit falſus Papa ꝛ intruſus.
Dũmodo in hoc non diuidat vnitatem ec
cleſie:ꝛ non credat plures eſſe eccleſias: qꝺ
multiplr̃ ꝓbat.Hanc ẽt partem tꝫ ꝛ ſequi-
tur.d.Jo.de turre cremata in ſum.ſua. De
eccleſia.lib.iiij.c.xj.prime partis eiuſdem li
bri. ¶ Ubi etiam ponit quid dicendum de
Papa catholico ꝛ canonice electo: concur-
rente altero intruſo. Nũquid.ſ.cogi poſſit
ad cedendum papatui pro tollendo ſciſma
te:vel vtrũ ſi cedere nõ vult deponi poſſit:
ꝛ concludit ꝙ non,lꝫ honeſtum eẽt: ꝙ ipſe
cederet. ¶ Quito Papa generaliter forte
ſciſmaticus dici poteſt:ꝛ concilij generalis
iuriſdictioni ac prouidẽtie ſuppoſitus,vbi-
cunqꝫ eſſet notorie criminoſus ꝛ incorrigi-
bilis:adeo ꝙ eccleſia ſcandaliçat̃:ꝛ vniuer-
ſalis ſtatus ipſius confundit̃ ac decolorat̃:
ꝙꝛ tunc non ſecus pro his criminibus ſci-
ſmaticis accuſari poterit in concilio ꝙ̃ ſi
hereticus eẽt ſm glo.illam ſingulareꝫ ꝛ ab
omnibus cõmuniter approbatã in.c.ſi pa-
pa.xl.di.in ver.a fide.Que no.dicit ſe certo
credere:ꝙ ſi crimen Pape eſt notorium:ꝛ
inde ſcandaliçatur eccleſia propter factum
eius,ꝛ ipſe incorrigibilis ſit, ꝙ inde poſſit
accuſari.Et mouetur ꝙꝛ contumacia dicit̃
hereſis.lxxxj.di.c. ſiqui presbyteri. ꝛ contu-
max dicit̃ infidelis.xxxviij.di.nullus.ꝛ licet
in.d.c.ſi papa ſimplr̃ fiat mentio de hereſi.
Tamen non minus de occulta ꝙ̃ de publi
ca accuſari poterit:quod fieri non poſſet de
alio occulto crimine ꝛc. Qꝺ approbat Ar
chi.Jo.an.Gemi.ꝛ alij ſcribentes.in.c.i fi-
dei.de hẽti.in.vj.ꝛ in.d.c.ſi papa.ꝛ dixi.
¶ Cum.d.autem glo. trãſeunt omnes ſcri
bentes.quam glo.Abb.Panor.in.c.ſignifi
caſti.de elec.in vltimo notabili circa fines.
Dixit eẽ ſingularem ꝛ perpetuo notandã:
ꝛ ꝙ tenetur per omnes. Idem Panor.in
q.ſua Epiſcopus ꝛ quidam rector: in finali
bus verbis ſecundi dubij:dixit: ꝙ̃ illa glo.
eſt ſingularis ꝛ qꝺ totus mundus eam ap-
probat.Et per eam dicit ibi: ꝙ̃ ſi papa ſtat
in peccato notorio:ꝛ admonitus per conci-
lium non vult deſiſtere, ſed ſcandaliçat ec-
cleſiam,poteſt puniri:tanꝙ̃ hereticus p cõ-
cilium.Illã quoqꝫ glo.proſequit̃ ꝛ ſinglarẽ
eſſe dicit

eſſe dicit. Cardi. ʒabarella. in. d. trac. in. c. li-
cet. de ele. q. xxxvij. verſi. Sexto quero. Et eã
ſingularem eſſe dicit Ludo. Ro. conſi. ſuo.
dxxiij. incip. Omnipotentis dei poſtula-
to ſuffragio. Queſtio diſcutienda eſt in. iiij.
col. verſi. ſecunda ſolutio eſt. Ratio autẽ gl.
ꝛ concluſionis predicte eſſe videtur, illa met
que eſt in heretico: qꝛ vt ſ. dictum fuit. Here
ticus eſt excõmunicatus: ꝛ extra gremium
eccleſie poſitus, vnde nõ poteſt amplius ca
put eſſe ipſius eccleſie: cum non poſſit eẽ de
corpore. de hereti. c. excommunicamus. Idẽ
dicit ꝛ de ſciſmatico, qꝛ Papa ſciſmaticus
cum omnibus ſuis ſequacibus excõmuni-
catus eſt: vt probatur in. d. c. licet. de ele. ma
xime. vbi ſciſma ẽ cum hereſi. ¶ Et quãꝗ̃
doc. cõmuniter variauerint. in. c. i. extra de
ſciſ. vbi inclinare potius videnť ꝙ ſciſma-
tici ipſo iure non ſint excõmunicati: ſed ꝙ
magis veniant excõicandi. Tamen Abba.
panor. in rubrica. de ſciſ. in fi. multum notã
ter ꝛ vere dicit: ſe putare ꝙ omnes ſciſma-
tici dicto caſu ſint excõicati per tex. in. d. c. li
cet. vbi dicitur: ꝙ tam ille qui ſe gerit ꝓ pa
pa non legitime electo: ꝗ̃ ſibi adherentes
excõmunicationi ſubiaceant. Per que ṽba
ferť excõmunicatio ipſo iure. Ubi not. per
ipſum ꝛ alios: facit qđ no. glo. in. c. i. de in-
iur. lib. vi. Qđ tamen verꝫ putat ipſe Abb.
vbi non caderet probabilis error. Que ſen
tentia mirifice mihi cõprobari videtur: di-
cta auctoritate veteris teſtamenti numeri.
xvj. c. vbi dñs iquit Moyſi: precipe vniuer-
ſo populo ꝛ ſepetur a tabernaculis chore.
Dathan ꝛ Abyron. Et ſtatim ſubditur ꝙ
Moyſes dixit ad turbas. Recedite a taber-
naculis impioꝝ: ꝛ nolite tãgere que ad eos
pertinent: ne inuoluamini in peccatis eoꝝ
ꝛc. Si aũt queſtio eſſet dubia. Et maxime
ſi conſiſteret in facto intricato ꝛ longeuo:
prout ſm eum cõtigit in magno illo ſciſma
te preterito. Tunc dicit ſe putare ꝙ omnes
euitent excõmunicationẽ ꝛ peccatuꝫ. ar. in
l. regula. ꝛ in. l. ij. ff. de iur. ꝛ fac. igno. ꝛ in. c.
apoſtolice. de cleri. excom. minis. ꝛ eoꝝ que
no. in. c. vt animaꝝ. de conſti. lib. vj. De quo
tamen articulo videndus eſt latiſſime. d.
Jo. de turre cremata. iiij. lib. ſum. ſue. de ec-
cleſia. c. xiiij. prime partis. incip. Opportunũ
viſum eſt, ꝛ. d. Archiepiſcopus Florẽtinus.
ſecũda parte ſum. ſue. ti. iij. §. vj. icipit. Sed
quid cum duo vel plures in eccleſia ꝛc.
¶ Quot autẽ papa notorie peccans: ac ptī
naciter in huiuſmodi delictis perſeuerans
eccleſiam ſcandaliçando: ꝛ vniuerſales eius
ſtatum decolorando: ſtrictiſſime ſciſmati-
cus ſit, ꝛ a concilio ꝓpter hoc corrigi ꝛ de-
poni poſſit, colligi videtur ex his que dixi-
mus ſupra in diffinitiõe ſciſmatis: ꝛ ex dif-
finitione quam ponit beatus Thomas ſe-
cunda ſecunde. q. xxxix. arti. i. vbi dicit: ꝙ ſci
ſmatici proprie dicuntur: qui propria ſpon-
te ꝛ intẽtiõe ab vnitate eccleſie ſe diuidũt:
ꝛ ſeparant que eſt vnitas principalis: Pro
conſenſu:⁊ q̄ſquis abſoluere preſumit quos
concilia ligauere:aut religare quos abſolue
rint ſe ⁊ non illa deſtruere conuincit̄,vnde
ſi papa impedire vellet concilium quomi/
nus procedere poſſet ⁊ illud vellet diſſolue
re.Ne fidē ſtabilire:hereſes ⁊ ſciſmata tol/
lere eccleſiam collapſam reformare poſſet.
Ac prohibere ꝙ que diffinierunt chriſtus
eius apoſtoli:⁊ eos ſequentes ſancti patres
⁊ ꝙ ipſi patres conciliares ea non obſerua
rent obſeruariqꝫ facerent.Profecto.Ibi nō
nouam legem aut diſſolutionis ſententiā
Papa dare:ſed potius errare conuinceret̄
vt inquit ad litteram tex. Urbani Pape.
xxv.q.i.in.c.ſunt quidā. Ipſe enim Papa
concilia generalia congregare: auctorare cō
fouere:ac manutenere debet,non autem il/
la deſtruere ⁊ diſſoluere anteqꝫ cauſe pen/
dentes expediantur,facit tex. Gelaſij Pa/
pe.xxv.q.i.in.c.confidimus. vbi formaliter
inquit confidimus ꝙ nullus iam chriſtia/
nus veraciter ignoret,vniuſcuiuſqꝫ ſynodi
conſtitutum, quod vniuerſalis eccleſie ap/
probauit aſſenſus Nullam magis exequi ſe
dem pre ceteris oportere q̄ꝫ primam, que ⁊

vnamquãqꝫ ſynodum ſua auctoritate firmauit ⁊ continua moderatione cuſtodit ⁊c. Per quem tex. ponderato verbo oportere: quod neceſſitatem importat: in auctẽ. de iudicibus §. oportet. C. vnde vi. l. ſi quando. cum ſi. ſatis clare conſtare videtur Papam non poſſe cõcilium diſſoluere anteqꝫ cauſe conciliares ſint expedite: qꝛ iſtud eſſet indirecte prohibere damnationem hereticorum, ac hereſum ſciſmatus delictorumqꝫ correctionem ⁊ eccleſie vniuerſalis reformationem tollere: ⁊ ſic ſtatum vniuerſalem eccleſie perturbare ſcandaliçare ⁊ decolorare. Quod quidem Pape directe facere non licꝫ (vt crebro ſupradiximus) ergo nec indirecte. c. cum quid vna via. de regu. iur. in. vj. Ergo Papa in tali diſſolutione neceſſario habebit concilij ſententiam requirere quia in his que ſpectant ad fidem ⁊ ad vniuerſalem ſtatum eccleſie maior eſt concilij ſententia ⁊ auctoritas, maxime autem ſi contra ipſum Papam agatur vel ſuſpitio ſit ꝙ doloſe agat: prout ſupra oſtenſum fuit: ⁊ habetur in. d. c. ſunt quidam. xxv. q. i. ⁊ per glo. ⁊ ſcribentes in. c. per principalem. ix. q. iij. ⁊ in. c. nulli. extra de ſenten. excom. ⁊ late diximus ſupra. in ti. que maior ſit ſententia pape an concilij. Quibus forte iuribus ⁊ rationibus mota ſynodus Baſilien. in. xj. eius ſeſſione ſtatuit ⁊ decreuit ꝙ concilium generale actualiter cõgregatum diſſolui: aut de loco ad locum mutari ſine ipſius concilij expreſſo conſenſu per Romanum pontificem nullatenus poſſit irritum, declarãdo quicquid in contrarium fieret. Per que infertur ꝙ iſta poteſtas diſſoluendi conciliũ magis ſpectet ad concilium qꝫ ad Papam volentem illud diſſoluere ſine legitima cauſa alijs hoc eſt concilio nota: ⁊ anteqꝫ cauſe conciliares expedite terminateque forent.

¶ Iſtam queſtionem in ſpecie tetigit etiaꝫ d. de turre Cremata in dicta ſua ſum. lib. iij. c. lxvij. vbi per aliqua ipſius argumenta tenet: ꝙ Roma. Pontifex cauſa legitima ſine rationabili ſubſiſtente: ſola ſua auctoritate poſſit vniuerſale concilium etiam inuitũ diſſoluere. Idẽ firmat. d. Petrus de monte Epiſcopus noſter Brixianus in opuſculo de poteſtate Pape ⁊ concilij quarta concluſione per eadem quaſi motiua, ⁊ maxime qꝛ concilium generale ſecundum eũ robur ⁊ auctoritatem ſummit a Papa. xvij. di. per to. ⁊ extra de elec. c. ſignificaſti. Ergo inquit eius eſt ſoluere: cuius eſt condere. C. de leg. l. i. extra de iudi. c. cum veniſſent, itez qꝛ Papa diſpenſando tollit etiam ius diuinum contra euangelium: contra apoſtolũ: contra concilia generalia, ⁊ contra vniuerſalem ſtatum eccleſie: ⁊ pro iſtius ſue cõcluſionis corroboratione diſcurrit per multos caſus: in quibus habetur ꝙ papa diſpenſat contra concilia: ſed iudicio meo parum faciũt ad propoſitum. Quia nemo negat poteſtatem Pape: dũmodo iuſtitiam contemperare velit: vt dicit tex. in. c. nemo. ix. q. iij. dũmodo non precipiat illicita ⁊ talia que habeant eccleſiam ſcandaliçare: qꝛ tunc ei non eſſet obediendum: ſed impune ⁊ licite ei poſſet reſiſti. Iuxta doctrinam. Inno. in. c. quanto. de conſue. ⁊ in. c. inquiſitioni. de accuſa. ¶ Concludit tamen idem dominus Petrus ꝙ Papa poteſt etiam in totũ tollere ſtatuta conciliorum generalium: etiam in corpore iuris clauſa vt patet. lxxvij. di. c. ſubdiaconus. c. placuit. c. epiſcopus benedictionem. ⁊ c. in veteri. que omnia ſunt ſtatuta conciliorũ generalium: vt patet ex eorum ſuprascriptione. Que omnia Papa de medio ſuſtulit: vt patet in cle. generalem. de eta. ⁊ quali. no. in gl. ibi. nec mirum. Quia reprehenſibile non debet reputari ſi ſecundum varietatem temporũ humana ſtatuta variantur. de conſan. ⁊ affi. non debet. ⁊ tandem quoad principalem queſtionem noſtram dicit etiam glo. multum ſingulariter notanda quam valde exclamat in. c. vbi periculum. in ver. concilio. de elec. li. vj. ⁊ ex his infert, ꝙ ſi cauſa legitima diſſolutionis ſubſit: ꝙ preceptum Pape circa hoc videtur ſatis equum, ⁊ ꝙ ab omnibus ei eſt obediendum ſecundum ſupradicta: ⁊ maxime per tex. quem dicit iudicio ſuo in hoc eſſe multum ſingularem. in. c. in memoriam. xix. di. quod in tantum dicit verum: vt ipſe putet non obedientes tali precepto Pape peccare mortaliter: quia qui non obedierit principi morte moriatur de maio. ⁊ obedi. c. ij. xj. q. iij. c. qui reſiſtit. Et rñd. ad vnum motiuũ ꝙ ſit in contrarium ꝙ. ſ. ſi Papa conciliũ generale diſſolueret: ꝙ vniuerſalis ſtatus eccleſie euertaretur: perturbaret: ⁊ diſcoloraretur: qꝛ dicit ipſe hoc verũ eſſet vbi Papa in perpetuum prohiberet celebrari concilia: quod probat per aliqua ſimilia de quibus ibi per eum. ¶ Eãdem quoqꝫ queſtionem ſatis prolixe arguẽdo ad partes ponit

Roſellus

Roſellus in libello de concilio. fol. lxiiii §. quis autem poteſtatem diſſoluendi concilium habeat ⁊c. Et quāuis multa generalia more ſuo inculcet: que parum ſtringunt iudicio meo: tamen diſtinguendo bene cōcludit vt arbitror. Dicit enim ipſe aut concilium celebratur pro aliqua cauſa fidei ſeu que concernat fidem: puta pro extirpanda hereſi, que ſcandaliçare incipit eccleſiam dei: qa multi dubitant an ſit hereſis: ⁊ tunc Papa ante cauſam ipſam expeditam conciliū diſſoluere non poterit: vel ſuper hoc diſpenſare ſine voluntate concilii. Ea potiſſima ratione: qꝛ ſicut Papa non poſſet diſpenſare in cauſa principali ſic nec in preambulo neceſſario quod preambulum eſt ipſius concilii celebratio, que eſt neceſſaria ad extirpandam huiuſmodi hereſim ⁊ ad corroborationem fidei. Et ratio eſt qꝛ ille dꝫ iudicare de his que ordinantur ad finem: qui iudex eſt ipſius cauſe finalis. l. iuſtiſſime. ff. de edili. edi. facit tex. in. l. ad rem mobilem. ⁊ in. l. ad legatum. ff. de procu. nec pape aliquid licitum eſt indirecte facere: quod ei non licet directe. l. hoc modo. ff. de condi. ⁊ demonſtra. ⁊ in. c. cum quid vna via. de regu. iur. in. vi. Sed pape non licet directe determinare: qꝫ illa que a conciliis declarata ſunt heretica: non ſint talia: nec ꝫ illa directe mutare: ergo nec indirecte: qꝛ illa potius vſque ad animam ⁊ ſanguinem cōfirmare ⁊ tueri tenetur. xxv. q. i. c. ſunt quidam. Sed diſſoluendo concilium: dum hereſim damnare vult: ⁊ hereticos declarare hereticalia dogmatiçantes tacite ⁊ indirecte impediē do talem finem concilii contrarium declarare: ſeu futuram declarationem contra hereticos tollere videretur ergo ⁊c. Que procedunt non ſolum vbi certum eſt qꝫ cauſa propter quam concilium fuit congregatus eſt hereſis, ſed etiam vbi eſſet dubium numquid cauſa illa quam concilium tractat ſit hereſis vel non: per ea que no. per doc. in. c. in fidei. de heret. in. vi. ⁊ in glo. in. c. ſi papa. xl. di. ¶ Secus autem eſſet vbi de hereſi iā a concilio damnata tractaretur: qꝛ tūc iſta non eſſet ſufficiens cauſa ad impediendum diſſolutionem ipſius concilii: vt ſunt text. xxiiii. q. i. c. i. ii. ⁊. iii. niſi forte heretici tales iam damnate hereſis contra veritatē multum inſtarent ⁊ hereſim abiurare nollent niſi in concilio, aut per manus concilii reconciliari omnino inſtarent: ⁊ eſſent viri tales vel vniuerſitas talis: quorum habenda eſſet ratio: qꝛ tunc quoqꝫ non ante concilium diſſolui deberet qꝫ huiuſmodi dubia expedita forēt. xxiiii. q. vi. c. i. no. gl. xxiiii. q. i. c. maiores. Ponit beatus Tho. ſcda ſecunde. q. xi. arti. iiii. non enim hoc cōmune bonum deberet impediri per talem diſſolutionem: cum etiam heretici ⁊ emendati in concilio admittantur. i. q. vii. conuenientibus. ¶ Idem quoqꝫ dicendum eſſet ſecū dum eum ſi in cōcilio tractarentur alique cauſe concernentes bonum publicum ⁊ ſtatū vniuerſalis eccleſie. Puta eius reformatio in capite ⁊ in membris: qꝛ forte in totum collapſa notorie conſpiceret prout hodie cōſpicitur: qꝛ ſi papa tunc cauſis illis reformationis vniuerſalis nondum finitis concilium diſſoluere vellet non eſſet audiendus: ſed ei potius eſſet reſiſtendum tanqꝫ iniuſta precipienti. Ac bonum ſtatum vniuerſalis eccleſie perturbare volenti: per doctrinam Inno. in. d. c. quanto. de ꝯſue. ⁊ in his preualebit ſententia concilii: vt dictum etiā fuit ſupra. ⁊ facit glo. viii q. i. in §. his. ⁊ i. q. iii. ex multis. ¶ Et idē concluden. vbi ageretur de hereſi, ſciſmate apoſtaſia: vel de aliis criminibus pape: ⁊ de cauſis concernentibus perſonam ipſius: qꝛ in his papa non poſſet ſtatuere aliquid, vel concilium propterea congregatum diſſoluere. Sed hoc caſu ſententia cōcilii magis attendi deberet: prout diximus ſupra in ti. que ſententia ſit maior magiſqꝫ attendi debeat pape an cōcilii ⁊c. Pro quo faciunt no. per Bal. in tracta. ſciſmatis: quod poſuit in. c. cum olim. de reſcrip. ⁊ que no. per glo. ⁊ ſcribentes in d. §. his omnibus. viii. q. i. et que ſcribuntur per Inno. Anto. de butri. Panor. ⁊ alios. in ſupra allegato. c. quāto. de conſue. et in. c. inquiſitioni. de ſenten. excom. ¶ Nec obuiat glo. in. d. c. ſunt quidā. xxv. q. i. que dixit. qꝫ papa aliquando diſpenſat ⁊ diſponit circa ſtatum vniuerſalis eccleſie vt fecit. Inn. extra de conſan. et affi. in. c. non debet. qꝛ vt dicit idem Roſellus hoc fatemur vna cū dicto concilio prout fecit idem Inno. in. d. c. non debet: ſecus autem ſi ſolus hoc facere vellet. ¶ Aut poſtremo cauſe que ventillātur in concilio non ſunt cauſe fidei: ſciſmatis: ſtatus vniuerſalis eccleſie: vel perſonas pape concernentes: ſed ſunt cauſe particulares ⁊ modici forte momenti ⁊ tunc licitum eſſet pape ſecundum eum: concilium

ad nutum ꝛ voluntatem ſuam diſſolueret
etiam non obſtāte ꝯdictiōe concilij: ꝑ iura
per ipſum ꝑmo pro iſta parte inducta. De-
creto concilij Conſtantien̄. quod incipit fre
quens non obſtante, imo plus credit ipſe:
ꝙ pendēte cauſa reformationis eccleſie: licet
diceretur per concilium eccleſiaꝫ adhuc nō
fuiſſe plene reformatam ꝙ Papa nihilomi
nus dicto decreto non obſtante concilium
diſſoluere poſſet cauſa. ſ. ſubſiſtēte: ratio au-
tem premiſſorum: ꝛ dicte concluſionis. Et
quare ſit ꝙ Papa dictis caſibus non poſſit
concilium pro libito diſſoluere: ꝛ ipſius iu
dicium ad ſe aduocare: cum ſuppremam in
eccleſia dei teneat poteſtatem: ꝛ omnes iu-
dicet ꝛ a nemine iudicetur niſi a deo. ix. q.
iij. cuncta per mundum. c. nemo. c. aliorum
cum ſi. ꝛ cum poteſtatis plenitudinem ſu-
per omnes chriſtianos ꝛ in omnibus eccle
ſijs ꝛ eccleſiaſticis perſonis habeat: prout ſu
pra late oſtenſum fuit cum de poteſtate pa-
pe diceretur. Illa forte eſſe poteſt quam ge-
neraliter ponit Bal. in. l. iudicium ſoluit. ff.
de iudicijs: qꝛ licet concilium regulariter ſit
inferioris auctoritatis ꝛ preheminentie q̄ꝫ
ſit papa. Tamen iuriſdictio ꝛ poteſtas: ipſi
us concilij que a chriſto pariter proceſſit ꝛ
in eccleſia radicata fuit. xxj. di. in nouo. cum
ſi. in his que ſpectant ad fidem: ad vniuer-
ſalem ſtatum eccleſie: ꝛ ad perſonam pape:
cum a fide deuius reperitur, non ſubalter-
natur. Illi maioritati iuriſdictionis papa-
lis: qꝛ in his concilium non pretendit iuris
dictionem a papa ſed immediate a chriſto.
Iuxta premiſſa: ꝛ decretum concilij Con-
ſtantien̄. Ergo non mirum ſi papa non po
teſt concilij iuriſdictionem ad ſe aduocare:
vel illud ſine ipſo diſſoluere. Pro quo indu
ci etiaꝫ poſſunt omnia illa que ſupra dicta
fuere: circa ipſius concilij tranſlationem: ꝛ
ꝛ in ti. quando ꝛ ex quibus cauſis diſſoluē
dum ſit ꝛc. ¶ Non obſtant modo contra
hanc concluſionem argumenta domini de
turre Cremata. ꝛ. d. Petri de Mōte: ꝛ ma
xime non ob. regula illa eius ē tollere cuius
eſt condere: ꝛ regula omnis res ꝑ quaſcūqꝫ
cauſas naſcitur per eas ꝛ ſoluitur: cum ea-
rum illatione: per quam dicebatur concilia
congregari ꝛ fieri iuſſu ꝛ auctoritate pape:
ꝛ conſequēter eius iuſſu ꝛ auctoritate poſ-
ſe diſſolui: qꝛ reſpondeo primo ꝙ hoc ſim-
pliciter non eſt verum, videlꝫ. ꝙ omnia cō-
cilia conuocentur ꝛ celebrentur auctoritate

Pape, qꝛ concilia certis caſibus congregan
tur: etiam per alios. Papa etiam reclaman
te ꝛ contradicente, prout ſupra oſtendimus
cum de concilij congrega tiōe tractaremus.
Ille autem regule procedere poſſent in caſi
bus in quibus papa pro arbitrio concilium
conuocaſſet, in quibus cauſe que ſunt de fo-
ro ꝛ poteſtate concilij non tractarent̄: tunc
enim fateor ꝙ tale concilium contrario im
perio pape tolli poſſet. ¶ Secundo falſum
etiam eſt, ſimpliciter dicere ꝙ omnia que
voluntate alicuius conſtituūtur contraria
voluntate deſtruantur: qꝛ contrarium pa-
tet in matrimonio: ꝛ alijs omnibus ſacra-
mentalibus, per que caracter imprimitur
in anima: qꝛ licet hec conſenſu conſtruant̄
tamen diſſenſu tolli vel deſtrui nō poſſunt
cum per talem conſenſum tranſeant in cō-
tractum ꝛ in poteſtatem ſuperioris talē cō-
ſenſum recipientis. i. Dei. Ergo cū iſta nō
ſunt amplius in poteſtate hominis. Sed ip
ſius Dei. Ab homine de cetero tolli non
poſſunt: prout declarant doctores in. d. re-
gula omnis res: rationem autē quare ma
trimonium ꝛ iſta ſpiritualia non tollātur
contrario conſenſu reddit etiam glo. ꝛ ibi
no. in. c. que propter. xxvij. q. ij. ¶ Preterea
dicte regule multas fallentias patiunt̄ ſm
Abba. Panor. maxime in caſibus notatis
in. c. cum inferior. de maio. ꝛ obedi. nam in
multis caſibus quis etiam ligare poteſt: nō
tamen abſoluere poterit. In propoſito igit̄
noſtro ſi papa congregaſſet concilium ad
tollendam hereſim in quam ipſe vel alter
quiſpiam chriſtianus incidiſſet: ſtatim co-
gnitio ꝛ deciſio cauſarum iſtarum ad con-
cilium deuoluitur vt ſupra oſtendimus ꝛ
probat̄ in. c. ſi papa. xl. di. ſed aduocatio iu-
dicij vel iuriſdictionis aut diſſolutio eiuſ-
dem ad ipſum papam amplius deuolui nō
poſſet: qꝛ iſtud facere ſi poſſet, fidem ꝛ eccle-
ſiam deſtrueret contingeretqꝫ poſſet ꝙ Pa
pa hereticaret: ꝛ ſic ꝙ papa hereticus poſ-
ſet concilium diſſoluendo in ſua hereſi per
ſeuerare eccleſiamqꝫ vniuerſam ſcandaliça-
re ꝛ veneno ſue hereſis inficere: quod dicen
dum aut tollerandum non eſſet. Nec ob-
ſtat quod dicitur ꝙ papa poteſt omnia: qꝛ
iſtud non eſſet poſſe: ſed magis dicit impo
tentiam ꝛ imperfectionem poteſtatis. Cum
papa non poſſit eſſe ille qui hereticus eſt:
cum ſit extra eccleſiam ꝛ excōmunicatus.
de hereti. c. excommunicamus. Unde ſicut

non poſſet ſtatuere q de hereſi non poſſit accuſari ⁊ q concilium de hoc cognoſcere nō poſſit prout no. doctores in.d.c.ſi papa ⁊ in.c.in fidei.de hereti.in.vj. Ita hac quoque indirecte facere non poſſet: vel q concilium congregatum ante cauſarum predictarum expeditionem diſſolueretur: q2 iſtud eſſet idem indirecte obtinere, ex qua quidem diſſolutione vniuerſalis eccleſie ſtatus diſcolorari ſcandaliçari ⁊ confundi merito poſſet: quod tollerandum non eēt nam prohibendo ea que ſunt ordinata ad finem hoc eſt concilium celebrari, videtur prohibere ipſum finem hoc eſt hereſes ⁊ ſciſmata tolli. ar. ff. de dam. infec. l. ij. ⁊ quaſi per to. Nō ob. auctoritas. Matthei. xviij. Quodcunq ligaueris ſuper terram ⁊c. Quia vt etiam ſupra pluries reſpondimus illud intelligit ſtatuendo vel aliter iuſtitie ⁊ diſcretionis claue precedente: vel claue ipſa non errante, ⁊ in edificationem ⁊ augumentum fidei et eccleſie non autem ī eius deſtructionem iuxta Apoſtolum Paulum. ad Thimoteum. xiiij.c. Sed ſi concilium tractans de cauſis fidei ad tollendas hereſes diſſoluere vellet in hoc errare ⁊ tantum bonum impedire conuinceretur: ergo tollerandus in hoc nō eſſet vt dicit Inno. in.d.c.quanto. de conſuetu. Quod etiam fateri tandem cogitur idem. Jo. de turre Cremata vbi ſupra dum dicit q pro premiſſa concluſione multum ſtringunt decreta concilij Conſtantien. et Baſilien. Decernendo q in ſpectantibus ad fidem: ad tollendum ſciſma: et ad vniuerſalem reformationem eccleſie in capite et in membris q per quoſcunq etiam ſi ſint papalis dignitatis pareatur concilio: que omnia bene pōderanda erunt ne ſi caſus accideret confuſiones generare poſſent in eccleſia dei, vnde omiſſis diſputationibus ſtandum videtur deciſioni dictorum conciliorum Conſtantien. et Baſilien. que queſtionem et ambiguitatem omnem tollere videntur.

¶ Quo modo vel quo ordine concilium generale diſſoluatur.

Quo autem modo vel quo ordine concilium diſſoluatur. Omiſſa illa priſca tumultuaria et quaſi ſeruili diſſolutione: que fieri conſueuerat cum Imperatores iuſſu ſuo concilia cōgregabāt. Illiſq intereſſe vel preſidere volebant ⁊ eorum iuſſu manu regia diſſoluebantur: patribus tamen diſſolutionē ⁊ ab eundi licentiā ab ipſo Imperatore preſidēte vel intereſſente expoſcētibus: cum iā cōcilij cāe ⁊ negocia expedita eſſent: ⁊ interdum pro ſolo Imperatorum ipſorum arbitrio licz cauſe ipſe nondum optatum a patribus finem accepiſſent: prout colligitur ex geſtis priſcorum illorum conciliorum. Exemplo concilij Calcedonen. In cuius actione ſexta leguntur hec verba formalia patrum in eo conſcriptorum ad martianum Imperatorem qui eidem concilio interfuit vt habetur. xv. di. canones. Supplicamus dimitte nos pie Imperator dimitte nos, ⁊ ſeqtur. Diuiniſſimus ac piiſſimus dominus noſter Martianus perpetuo Auguſtus ad ſanctum cōcilium dixit: multum quidem eſtis itinere fatigati laborem perferentes. Verūtamen ſuſtinete tres adhuc aut quatuor dies, ⁊c. Nullus autem veſtrum: anteq perfecti termini ex omnibus perferantur a ſancto concilio diſcedat. Que etiam verba quaſi ad litteram repetuntur actione. xvj. eiuſdem Concilij circa fi. Formam autem ⁊ modum quem ratione preuia (adhibitis eccleſie cerimonijs) in huiuſmodi diſſolutione ſeruare debemus: ex recentioribus concilijs ⁊ preſertim ex Conſtantienſi ſeſſione. xlv. ⁊ vltima colligere poſſumus. In quibus ſeruatum probe annotari poteſt: q poſteaquā conſtat expeditas eſſe cauſas omnes graues ⁊ importantes que in concilio prepoſite fuerāt Papa ſeu eius Legatus concilio preſidens. Miſſa ſancti ſpiritus celebrata: decreta ⁊ conſtitutiones ab ipſo Papa ſacro approbante cōcilio: digeſtas ⁊ ſimiliter decreta que ſacri concilij approbatione edita fuiſſent per ipſum publicat ſeu publicari facit ⁊ obſeruari mandat: ſecundum modum quem ſupra poſuimus: cum de hoc verba faceremus: ⁊ colligitur ex geſtis eiuſdem concilij Conſtātien. melius q alibi ſeſſiōe. xliij. xliiij. ⁊ xlv. Quo facto Papa vel Legatus preſidens: conſultata prius ⁊ mature deliberata: concilij ipſius diſſolutione cum patribus: hocque ſepius propoſito ⁊ in concionem deducto, habitis tandem omnium vel maioris partis votis. Futuri concilij locum ⁊ tempus cum patribus determinat: ac ſtatuit ⁊ decernit q epiſcopi ⁊ prelati ⁊ alij qui ad

generalia concilia debent conuocari tempo-
re ſtatuto ad locum deputatum accedere te
neantur, vt patet. d. ſeſſione. xliiij. ex litteris
Martini. v. ſuper hoc editis demum ipſis
patribus abeundi licentiam expoſcentibus
ſi nihil obſtet quod canonicam concilij diſ
ſolutionem impedire vel retardare habeat
Papa ſeu Preſidens concilij congregata
ſeſſione generali miſſam ſpiritus ſancti vt
premittitur per aliquem ex dominis Car-
dinalibus vel prelatum inſignem decanta-
ri ſolẽniter faciet: vt finis ſuo principio cor-
reſpondeat. Peracta vero miſſa ſupplica-
tiones ſeu Letanie cũ ſuis congruentibus
orationibus decantantur. Quibus finitis
aliquis Diaconus Cardinalis iuſſu Pon
tificis: vel alter prelatus iuſſu Preſidentis
Ombonem vel locum aliquem eminentio
rem aſcendit: ⁊ alta ⁊ intelligibili voce pro
nunciat hec verba, ſeu alia ſimilia eundem
ſenſum importantia: videlicet. De manda-
to ſanctiſſimi domini noſtri Pape ⁊ toti-
us ſacri cõcilij. Domini ite in pace. Ad que
verba domini patres prelati ⁊ alij aſtan-
tes reſpondent Amen: ita enim ſeruatum
fuiſſe legimus in dicto concilio. Conſtan-
tieñ. in ipſa ſeſſione. xlv. in qua idem Mar-
tinus papa aſtante. d. Sigiſmundo Roma
norum rege: premiſſis omnibus rite per-
actis per dominum Ubaldum Diaconus
Cardinales ſcti Uiti in macello ita ſeruari
⁊ pronunciari iuſſit. His peractis aliquis
prelatus vel alius quiſpiam magiſter acce-
pta Benedictione conſueta a ſummo Põ-
tifice ſuggeſtum concionale aſcendit: ⁊ ora-
tionem habet congruentem ad concilium:
de laudibus ipſius concilij, pro his que in
eo laudabiliter dicta geſta: decretaq; fuere,
hortando omnes ad pacem vnitatem cõ-
cordiam morum reformationem ⁊ exalta-
tionem eccleſiaſticam. Ad tutelas defenſio-
nem propagationẽ fidei orthodoxe, ad opti
mos ⁊ reformatos mores ſuſcipiendos cõ-
fouendos ⁊ pro ſtabilitate ⁊ decore eccleſie
conſeruandos, ad credendum predicandus
ac verbo pariter ⁊ exemplo oſtendendum:
veritatem: vtilitatem, ⁊ perfectionem eorũ
omnium que in concilio ipſo decreta ⁊ or-
dinata fuere. Ad diſponendum ⁊ preparã-
dum ſe pro futuro concilio adhibendo dili
gentem curam ⁊ accuratam diligentias vt
oues cuiq; credite in caulam domini dei
noſtri inducantur ⁊ fideliter cuſtodiantur

⁊c. Prout eidẽ prelato vel magiſtro melius
ſecundum rerum ⁊ temporum exigentiam
videbitur conuenire. In eodem autem cõ-
cilio Conſtantieñ. habita fuit oratio per. d.
Joannem de Podio Epiſcopum Catha-
nieñ. ordi. predicatorũ ſacre theologie profeſ
ſores: qui pro themate ſuo hec verba aſſum-
pſit: vz. Uos nunc triſtitiam habetis: iterũ
autem videbo vos ⁊ gaudebit cor veſtrus
⁊c. ¶ Poſthec vnus ex dominis Cardina
libus Bullam liberationis abſolutionis
vel diſſolutionis ipſius concilij. De mãda
to domini Pape: ⁊ concilij publicat: ac ſi
papa concilio preſideat prout in cõcilio Cõ
ſtantieñ. predicto preſedit: indulgentias ple-
nariam concedit omnibus: qui eidem con
cilio interfuerunt: prout contigit in. d. con-
cilio Conſtatieñ. in quo. d. Antonius de
Calcaneo Presbyter Cardinalis de man-
dato pape ⁊ conſenſu concilij dictam bul-
lam publicauit vt cõſtat. d. xlv. ſeſſione, hu-
iuſmodi ſub tenore: videlz. Martinus epi-
ſcopus: ſeruus ſeruorum dei: ad perpetuas
rei memoriam: hoc etiam requirente ſacro
concilio ex rationabilibus ac certis cauſis:
ipſum concilium abſoluimus omnibuſq;
⁊ ſingulis in eo exiſtentibus: ad propria re-
meandi: ipſo approbante concilio licentias
impartimur, item auctoritate dei omnipo-
tentis ac beatorum Petri ⁊ Pauli apoſto
lorum eius: ⁊ noſtra: cõcedimus omnibus
⁊ ſingulis: qui in hoc ſacro concilio, ⁊ cauſa
ipſius interfuerunt abſolutionem plenari-
am ſemel in vita: ita q̃ quilibet de predi-
ctis infra duos menſes poſteaq̃ ad eius
noticiam conceſſio huiuſmodi peruenerit:
poſſit dictum abſolutionis beneficium aſſẽ
qui in forma ſimilem conceſſionẽ facimus
in mortis articulo: ⁊ intelligimus tam de
dominis q̃ de familiaribus eorũdem. Sic
tamen q̃ a die noticie preſentium pro abſo
lutione in vita ieiunent per annum ſexta fe
ria ⁊ ꝓ abſolutione in mortis articulo per
alium annum niſi legitime fuerint impedi
ti. Quo caſu habeãt alia pietatis opera per
agere. Nulli ergo omnino hominum lice-
at hanc paginam noſtre abſolutionis ⁊ cõ
ceſſionis infringere: vel ei auſu temerario
contraire: ſiquis autem ⁊c. Dat. ⁊ actus cõ-
ſtantie in loco ſeſſionis publice dicti conci
lij: decimo kal. Junij. Pontificatus noſtri
anno primo. ¶ Quibus litteris lectis ⁊
publicatis. d. Joannes Cardinalis ⁊ Epũs

Hoſtien.

Hoſtien.ſ.Roma. eccleſie vicecancellarius. Nomine ſacri concilij predicti:reſponſalis: deputatus vt aſſeruit:reſpōdit: placet:ꝛ.d. Auguſtinus de Lance de Piſis aduocatus conſiſtorialis:ꝛ fiſcalis:nomine pape ꝛ cō cilij fieri rogauit publica inſtrumenta de premiſſis:ad perpetuam rei memoriam,a Dominis Prothonotarijs ſedis apoſtolice,ac ab omnibus notarijs ꝛ ſcribis dicti ſacri generalis concilij. ¶ Que quidē pra tica multum rationabilis videtur ꝛ venuſtati ac cerimonijs eccleſiaſticis conſona:ꝛ propterea in alijs quoq; concilijs:que dein ceps domino concedente celebrari continget:rationabiliter ſeruari poterit.

¶ An liceat incorporatis in concilio ante diſſolutionem recedere ꝛ qua pe na recedentes plectantur.

An autē liceat patribus vel alijs concilio incorporatis: ab illo ante dictam diſſolu tionem recedere: ſine expreſ ſa licētia. ¶ Et qua pena il licentiati inde recedentes puniantur. Pro pter iurium connexam determinationem coniunctim queritur. Et breuiter dicendus videtur, nemini licere a concilio recedere ante ipſius diſſolutionem ſine expreſſa licē tia concilij vel pape preſidētis ꝙ negari nō poteſt quin epiſcopi ꝛ prelati omnes ad ſy nodum vocati:virtute iuramenti quod in eorum promotionibus ſeu cōſecrationibus preſtant ad illud ire teneantur extra de iu reiuran.ego. N.iuramentum autem ꝛ obli gatio eundi ad concilium: intelligi dꝫ cum effectu,vt.ſ.vadant ꝛ concilio interſint. Ac pro talento eis a Domino conceſſo pro cō muni vtilitate fidei ꝛ vniuerſalis eccl'ie cō ſulant in eoq; perſeuerent: donec predicta expedita ꝛ concilium diſſolutum fuerit. ¶ Pro quo facit: ꝙ iuramentum recipit intellectum ꝛ interpretationem ſecundum ſubiectam materiam ſuper qua preſtatur.l. ſi.ff.qui.ſatiſda.cogan. ꝛ circa hoc eſt notabile dictum. Inno.in.c.per tuas. de arbit. vbi dicit:ꝙ ſi iuraui ſtarē arbitrio alicuius: ꝛ in compromiſſo appoſita eſt pena:ꝙ iura mentum intelligi debet ſecundum ſubiectā materiam.ſ.ꝙ ſtabo eius arbitrio: vel ſol uam penam bonus tex.in.l.ſi.C. de non nu me.pecu. Ponit Jo.an.in regula.ſcienti.de regu.iur.in.vj.ꝛ facit pro predicta declara tione. Quia veniſſe non dicitur qui nō ſte tit:ꝛ qui non perſeuerauit vſq; in finem iu dicij.l.queſitum.ff.de re iudi. no.Bar. in.l. ſi finita.§.iulianus.ff.de damno infe. Unde non minor dicitur contumacia in receden do ante finem iudicij ſine iuſſu iudicis ꝙ̄ in non veniendo:extra de do.ꝛ contu.c.pro ut.que contumacia digna eſt pariter excō municatione ſicut iſta:vt eſt tex.no.xj.q.iij. in.c.certum.qui formaliter dicit. Certum eſt pro his tribus criminibus aliquem ex communicari debere:cum ad ſynodum ca nonice vocatus venire contemnit: aut ſi poſtꝙ̄ illuc venerit ſacerdotalibus reſpuit obedire preceptis. Aut ſi ante finitam cau ſe ſue examinationem a ſynodo abire pre ſumit ꝛc. Idem in ſimili dicimus de miſſa ꝙ ante ſacerdotis benedictionem recedere non licet:ꝛ qui recedit prius non dicitur in tegram miſſam audiuiſſe de con. di.i.miſ ſas.ꝛ quāuis tex.in.d.c.certum loquatur de reo citato ad ſynodum pro aliqua cauſa,ta men idem quoq; dicendum eſt in alijs epi ſcopis ꝛ prelatis citatis ad concilium ad cō ſulendum ꝛ iudicandum ſecundum Doc. qui mouentur per rationem ſupraſcriptas hoc eſt propter contumaciam quam incur runt. Recedēdoq; maximam penam me retur propter contemptum iudicis vel con cilij:prout etiam colligitur ꝛ no. per Pan. ꝛ alios in.c.i.de iudi. vbi dicit idem Pa nor.in.iij.col.ver.nota contumacias ꝙ que libet contumacia digna eſt excommunica tione. Alle.glo.quam dicit eſſe ſingularem in.c.duo.xcvj.di.que etiam addit:ꝙ tanto maior eſt contumacia quanto ex minori re conſurgit:per quem tex. iuncta.d.glo. dicit idem panor.ꝙ contumacia eſt peccatū mor tale:ꝙ aliter excommunicatio non poſſet ferri pro ea.xj.q.iij.c.nullus.ꝛ.c.nemo. Ma ximum enim peccatum eſt inobedientia. viij.q.i.ſciēdum.ꝛ hinc eſt ꝙ contumax in parendo mandatis eccleſie ꝛ in peccatis in ſordeſcendo:dicitur infidelis.xxviij. diſti. nullus.ꝛ contumacia dicitur hereſis.lxxxi. di.ſiquis presbyteri. bona glo.xl.di. in.c.ſi papa.ex quibus patet ꝙ cuiq; ex citatis ꝛ concilio incorporatis: recedere non licet ab eo:niſi poſt diſſolutionem vel obtentam li centiam:legitima cauſa ſubſiſtente. ¶ Re cedentes vero ante finem cauſe ꝛ anteꝙ̄ concilium diſſoluatur: vel licētia non ob

tenta periurij dicenẽ per tex.in.d.c.ego.N.
de iureiuran.⁊ excommunicandi veniunt.
d.c.certum.xj.q.iij.ſeu etiam ſecundum ali
quos ipſo iure excommunicati dicuntur:⁊
abſoluendi ⁊ reconciliandi nõ veniunt vſ-
que ad primam futuram ſynodum.xviij.
di.c.ſiquis autem.vbi concilius Arelateñ.
formaliter dicit.Siquis autem ſynodo ad
eſſe neglexerit vel cetum fratrum antequã
concilium diſſoluatur crediderit eſſe deſe-
rendum alienum ſe a fratrum communio-
ne agnoſcat:nec eum recipi liceat:niſi in ſe-
quenti ſynodo fuerit abſolutus ⁊c.Abſolu-
tio autem ſecundum glo.ibi iccirco deferẽ
in ſequenti ſynodo vt maior rubor ſit ei ab
ſolui coram tali multitudine.Idem quoqꝫ
dicitur in crimine ſacrilegij quia abſolutio
etiam differtur vt diutius confundatẽ.xvij.
q.iiij.ſiquis ſuadente.ſic etiam ſeruatur in
abſolutione eius qui multum deliqt.xj.q.
iij.c.qui iubẽte.⁊ ſi ante tempus peteret ab-
ſolutionem non audiretur:quãuis alias re
gulariter abſolutio excõmunicationis non
ſit differenda:extra de appel.qua fronte.
¶Contra tamen hanc vltimam opinio-
nem ꝙ.ſ.taliter recedentes ipſo iure ſint ex
communicati:facit quod voluit Archidi:
poſt Hug.Ibi qui exponit tex.d.c.ſiquis au
tem.in ver.alienatum.pro alienandum.⁊
ſic ſecundum iſtos videretur canon feren-
de:non autem late ſententie.Et ad id quod
dicitur illum non eſſe abſoluendum niſi in
ſequenti ſynodo.Dicit Archi.ꝙ ſi interim
penitere voluerit de peccato bene recipie-
tur ad penitentiam,q̃ quacunqꝫ hora inge
muerit peccator ⁊ conuerſus fuerit ⁊c.Sed
tamen non recipietur ad communionẽ epi
ſcoporum ſecundum Hugo.⁊ pro hoc facit
text.in.c.ſi diligenti.de foro compe.Iuncta
eius glo.in ver.perdant.Nam verbis cau-
ſam perdant glo.exponit.ſ.per ſententiam.
non autẽ ipſo iure:⁊ dicit panor.ibi.ꝙ hoc
communiter tenetur,⁊ propterea dixit glo.
no.in.c.quiſquis.de elec.in ver.fiat.⁊ in.c.
in penis.de reg.iur.in.vj.ꝙ vbi pena impo
nitur per verba futuri tẽporis:ꝙ talis pe-
na non infligitur ipſo iure:ſed per ſenten-
tiam circa quod tamen glo.diuerſe reperi-
untur ſm Panor.vbi ſupra.¶Et ideo di-
ſtinguit ipſe poſt.d.Ant.ibi.⁊ dicit.ꝙ quã-
doqꝫ lex promulgatur per participium pre-
teriti temporis:⁊ tunc pena dicitur late ſen
tentie:vt in.c.cupientes.§.ceterum.de elec.
in.vj.iuncta glo.in ꝟ.ſuſpenſos.facit tex.in
.c.ij.de teſti.cogen.⁊ eſt glo.no.in.c.quoqꝫ
de hereti.in.vj.in ver.innodetur que vult
ꝙ per iſtud participium ſit innodatus fe-
rantur ſententia excõmunicationis ſtatis.
Idem ſenſit glo.iuris ciuilis:ſecundum eũ
in.l.in criminali.C.de iuriſdictio.omnium
iudi.propter iſta verba ſit mulctatus:quod
verum dicit niſi alio iure appareret ꝙ iura
ſint ferende ſententie:⁊ ſic intelligenda eſſe
dicit no.in.c.ij.de foro competenti.Quan-
doqꝫ verba non proferuntur in preteritum
ſed in preſens:⁊ tunc ſi ſunt verba declara-
toria eſt canon late ſententie:vt ſi dicat de-
cernimus viribus carere.per hoc tex.⁊ glo.
in.c.nouit.ꝺ his que ſi.ampla.¶Aut ſunt
verba diſpoſitiua:⁊ tunc ſi ſonant in futu-
rum ⁊ reſpiciunt actum iudicis.Sicut cus
dicitur priuetur excõmunicetur puniatur,
cauſam perdat ⁊c.Et tunc in dubio eſt fe-
rende ſententie niſi addatur aliquod ver-
bum:per quod appareat late ſententie,vt ſi
diceretur ipſo facto:eo ipſo ⁊c.bona glo.in
.c.in penis.de reg.iur.in.vj.tex.cum glo.in
.c.ſi religioſus.de elec.eo.li.⁊ in.d.c.quicum-
que.De hoc autem verbo ſubiaceat excom-
municationi:ꝙ non requiratur alia ſenten
tia:eſt bona glo.in.c.i.de iniur.in glo.ſi.nõ
enim videtur de ſui natura requirere aliũ
actum iudicis licet ſonet in futurus:ad idẽ.
xvij.q.iiij.in.c.ſiquis.⁊ ita limitari dicit
no.in.d.regu.in penis.⁊ idem eſſe dicit:vbi
cunqꝫ verba imponentia penam:non reſpi
ciunt actum iudicialem:vt ſi dicitur cadat
a iure ſuo:q̃ tunc etiam nõ requiritur alia
ſententia,vt no.Bal.in.l.ij.C.de iure emphi
teo.per que concludi videtur contrarium
eius quod ſentit Archi.poſt Hugo.ꝙ.ſ.im
mo in caſu noſtro.⁊.d.c.ſiquis aũt ſit canõ
late ⁊ non ferende ſententie:tunc q̃ verba
ſunt preſentis temporis ibi:alienum ſe eſſe
a cõmunione agnoſcat:tum q̃ verba im-
propriarentur accipiẽdo vnum pro altero:
tum etiam q̃ glo.hoc mãifeſte denotat:ſup
ponendo ꝙ ſit excommunicatus ⁊ ꝙ indi-
geat abſolutione:prout etiam clare colligi-
tur ex tex.ibi.niſi in ſequenti ſynodo:fuerit
abſolutus:⁊ hec quidem opinio videẽ ma-
gis amica littere:⁊ propterea cum ipſa trã-
ſeundum exiſtimauerim:Salua tamen re-
uerentia tantorũ doctorum.¶Nec requi
ritur alia citatio ad conſtitueñ.recedentem
in tali contumacia.Sed illa prima ⁊ vnica
requiſitio

requiſitio ſufficit tum ratione iuramenti ſui tum q: ſecundum Joan. an. ⁊ Panor. in.d.c.ego.N.in verbo vocatus.in actu extraiudiciali: ſufficit vnica requiſitio vt eſt glo.no.in.c.ſi epiſcopus.xviij.di. ⁊ in de.i. de hereti.in ver.requiſierit. ¶ Ultra vero penam contumacie recedentes vt ſupra,penam periurij incidūt vt dixi per tex.⁊ not. in.d.c. ego.N. de iureiuran. ¶ Sed fallit hoc in eo qui fuerit neceſſitate ineuitabili: vel canonica prepeditione impeditus adeo ꝙ vlterius non poſſet perſeuerare: ſicut ſi quis laboraret morbo ſontico hoc eſt tali qui cuicunq; rei agende noceret.ff.de re iudi.l.queſitus.no.in.l.ij.§.ſiquis.ff.ſiquis cautio.⁊ in.d.c.ego.N. ⁊ ponit Archi. in.d.c. certum.xj.q.iij.vbi per dictas leges dicit: ꝙ tali impedimēto detentus, ſi recedat nō incidit in penam:non enim intelligitur ſecundum eum contumaciter recedere: cum ipſo iure licentiam habeat.Dummodo tamen dimittat procuratorem ad allegandū ⁊ probandum infra tempus legitimum tale eius impedimentum: ⁊ etiam ad omnia pro eo per agenda ſufficienter inſtructum ⁊ talem qualem a principio mittere debuit ſi perſonaliter cōparere nequit: ⁊ fuiſſet in hoc ipſo impeditus. de electio. cupientes.ver.inſuper lib.vj. Quāuis autem tex. in.d.c.certum.⁊ doctrina Archi.ibi loquatur in litigatore tamen idem dicendū in citato ad concilium cum ſit eadem ratio in vno que in altero. per tex. in.d.c.ſiquis autem.xviij.di.quod comprobatur ex his que dicta fuere ſupra in ti. Qui vocati ire teneātur:⁊ in ti.an citati ad concilium procuratorem mittere poſſint. ¶ Sunt tamen quedam vt dicit idē Archi. vbi ſupra que ipſo iure non defendunt:ſed cauſam petendi licentiam a iudice parant.ff.de iudi.l.ij.§.ſed ⁊ ſi dubitetur.⁊.l.ſiquis ex aliena. vbi habetur ꝙ pretor cauſa cognita habet itineri nūquid qui reperitur in loco iudicij ius vel cauſam legitimam habeat reuocandi domum. ¶ Per que iura īfert idem Archi. ꝙ tunc etiam talibus impedimētis vel priuilegijs occurrentibus citati non debent recedere niſi petita ⁊ obtenta licentia a iudice.Sed ſi copiam iudicis vel concilij habere non poſſet, q: forte tunc ſeſſiones non tenerentur:vel papa aut eius Legatus vel alius quiſpiam concilio nō preſideret: quia forte tunc adhuc non conuenerunt omnes nec concilium adhuc erat formatum vel legitimum:tunc ſi magnum periculum eſſet in mora idem impeditus:premiſſis ſuis proteſtationibus de hoc coram aliquibus officialibus concilij vel etiam illis deficientibus coram aliquibus honeſtis perſonis: ⁊ procuratore ſuo dimiſſo impune recedere poſſit.ar. eorum que dicere conſueuimus: de eo contra quem currit preſcriptio: quia vbi copia iudicis ordinarij haberi non poteſt:coram publicis ⁊ honeſtis perſonis ꝓteſtari poteſt ad hoc vt preſcriptio non currat ſed quaſi interrumpatur : vt dicit text. in.c.paſtoralis.de offi. ordi. in fi.⁊ not.C.de anna.preſcrip.l.vt perfectius. ⁊.C.de epiſcopali audientia. in.l.ſancimus . Idem dicimus in eo qui grauatus per ſententiam iudicis: non poteſt vel non audet coram eo appellare q: ſimiliter expoſitis cauſis grauaminis ſui:coram honeſtis perſonis poterit coram eis de hoc proteſtari ⁊ appellare per tex.⁊ no.in.c.fi.de appella. Quod procedit ſecundū Philip.Franchum ibi. in.vij. col.q.x.dicto metu ceſſante.vbi cōmode haberi non poteſt preſentia iudicis:⁊ dicit Joannes de Imo.ibi ꝙ ad euitandas opiniones cautum eſt de conſilio peritorum: ꝙ tunc coram honeſtis perſonis appelletur: propter rationem tex.in.d.c.fina. Sed dicit idem Philip.ſatis dici poſſe ꝙ hoc ſit deciſum de iure per tex. in.d.c.paſtoralis. in fi. vbi dixit. Bal.ꝙ dicto caſu ſatis erit proteſtari vel appellare coram duabus honeſtis perſonis cum tex. plurali numero vtatur: dicendo proteſtandum eſſe in preſentia bonorum virorum,⁊ pluralis locutio duorum numero contenta eſt: ar.ff.l.vbi numerus. ⁊ in.c.pluralis.de regu.iur.in.vj.quāuis tamen Specu. videatur ſecundum Philip. in ti.de.ſecundo decreto.§.iam nunc de effectu.verſi. ſed nunquid. ⁊ in ti.de inſtru.edi.§.iam nunc. verſi. item pone tenere, ꝙ ſufficiat proteſtari ⁊ appellare coram vno honeſto viro. Dummodo fiat coram alijs teſtibus: ⁊ ſecundum eum videtur etiam ꝙ ſufficiat coram ſolo notario proteſtari ⁊ appellare adhibitis teſtibus, etiam ſufficit ſecundum Specu.coram ſimplici ſacerdote hoc facere:vt ponit ipſe in.d.§.iam nunc de effectu.verſi.item pone Abb.vero Panor. in.d.c.fi.de appel. in prima col. verſi. nota tertio:dicit adhoc videndum eſſe Lap.alle. xl.ſeu.xxxix.⁊ Specu.vbi ſupra. ⁊ concluſio

eſt ſecundum eum vt ſufficiat proteſtari ⁊ appellare coram vno dummodo fiat in preſentia teſtius: quãuis dicat ipſe ꝙ ſolus notarius ⁊ teſtes non ſufficerent: pro eo facit quod no. glo. in. c. vt circa. de ele. lib. vj. que notanda ſunt in pratica ſecundum eum: ⁊ addit idem Bal. in. d. c. fi. ꝙ non refert an dicti honeſti viri ſint layci vel clerici per no. in. l. in promittendo. in princi. ff. de iure dot. ¶ Et hec quoad iſtum articulum: ⁊ conſequẽter quoad vniuerſum tractatum: pro quãtulacũqꝫ inſtructione mea ad Dei omnipotentis Laudem ⁊ gloriã dicta ſufficiant: extra de offi. cuſto. c. i. in fi. de aucto. ⁊ vſu. pal. c. ad honorem. FINIS. 1532

REGISTRVM.

Aa A B C D E F G H J K L M N O P Q R S T V X Y Z ⁊

Aa duernus. ⁊ q̃ternus. alij oẽs ſunt terni

Errores In ep̃la verſiculo 23 ſtello ſtilo. Ver. 24 doctoribus doctioribus verſi. 31 hominis homine

ERRORES OPERIS.

	male	bene
Cartha prima colũna prima ver. 26	ecomenicus	ecomonicũ
Car. 2 col. 4 ver. 41	ſm	ſed
Car. 3 col. 1 ver. 33	cies.	cis.
Car. 3 col. 2 ver. 3	cies:	cis:
Car. 5 col. 2 ver. 13	ꝑponẽdum	ꝓponẽdum
Car. 6 col. 3 ver. 34	concilio	conſilio
Car. 6 col. 4 ver. 4	pz n.	patet ibi.
Car. 8 col. 2 ver. 22	eccleſia	eccleſie.
Car. 9 col. 3 ver. 32	Voreñ.	Veroneñ.
Car. 9 col. 4 ver. 37	prout	poſt
Car. 10 col. 1 ver. 13	relictis	relectis
Car. 10 col. 4 ver. 42	ꝑut	per
Car. 11 col. 3 ver. 35	triẽnis	triennis
Car. 12 col. 1 ver. 49	manus	minus
Car. 13 col. 3 ver. 16	q̃ſi	quas
Car. 16 col. 3 ver. 51	dicere	licere
Car. 16 col. 4 ver. 13	conſtet	conſtat
Car. 16 col. 3 ver. 16	idẽ	vel
Car. 26 col. 3 ver. 29	queqꝫ	quoqꝫ
Car. 29 col. 2 ver. 50	aliã.	alia.
Car. 19 col. 4 ver. 13	¶ Matheñ.	¶ Agat hẽ.
Car. 21 col. 4 ver. 23	Gregorij	Georgij
Car. 22 col. 2 ver. 16	Cõfirmaſſẽ	Cõfirmaſſet
Car. 23 col. 2 ver. 28	mala	male
Car. 25 col. 2 ver. 36	illud	illude
Car. 25 col. 3 ver. 32	orones	oratores
Car. 25 col. 3 ver. 39	etra	antea
Car. 27 col. 1 ver. 10	dcũs	dicto
Car. 27 col. 2 ver. 30	in va	cat
Car. 28 col. 1 ver. 4	iuncta	cuncta
Car. 29 col. 2 ver. 3	pplexitatẽ	pplexitatis
Car. 29 col. 2 ver. 41	Jo.	to.
Car. 29 col. 3 ver. 15	magno	magne
Car. 29 col. 4 ver. 49	Qui	ꝙ
Car. 30 col. 3 ver. 51	viribus	iuribus
Car. 30 col. 4 ver. 30	eum	cum
Car. 31 col. 4 ver. 14	facte	recte
Car. 33 col. 4 ver. 25	imperatoris	imperatores
Car. 34 col. 1 ver. 17	q̃d	qui
Car. 35 col. 3 ver. 12	ſupra	ſuper
Car. 35 col. 4 ver. 25	inſolute	inſolutione
Car. 36 col. 2 ver. 1	q̃s	que
Car. 42 col. 1 ver. 47	fulminante	fulminãter
Car. 49 col. 1 ver. 35	quicqꝫ	qꝙqꝫ
Car. 49 col. 1 ver. 45	quiqꝫ	qꝙqꝫ
Car. 53 col. 4 ver. 24	deficit	allegari
Car. 57 col. 1 ver. 38	deficit	papa
Car. 57 col. 2 ver. 38	nec	nunc
Car. 57 col. 3 ver. 8	concordari	concordi
Car. 57 col. 4 ver. 23	h̃ditate	hereditatis
Car. 58 col. 2 ver. 30	aliquã	aliquem

	male	bene
Car. 59 col. 4 ver. 47	titulis	titulus
Car. 61 col. 2 ver. 28	ad	
Car. 68 col. 3 ver. 32	a va	cat
Car. 68 col. 4 ver. 48	⁊	
Car. 73 col. 2 ver. 51	rõnes	ratione
Car. 73 col. 4 ver. 47	cõparitiõis	cõparitione
Car. 81 col. 1 ver. 43	ꝙ forte	qui forte
Car. 81 col. 1 ver. 49	ſcimus	ſumus
Car. 82 col. 1 ver. 43	eẽnt va	cat
Car. 82 col. 2 ver. 3	mũdo	iũcto
Car. 82 col. 3 ver. 23	dui	domini
Car. 85 col. 2 ver. 27	deficit	⁊. c. fi.
Car. 89 col. 2 ver. 51	preponẽ	preconem
Car. 91 col. 3 ver. 12	deficit	ſi
Car. 98 col. 2 ver. 8	decretale	decretalis
Car. 101 col. 2 ver. 9	eſſẽ	eſſet
Car. 102 col. 2 ver. 13	pa	papa
Car. 102 col. 3 ver. 16	conſilia	concilia
Car. 105 col. 4 ver. 15	reſeruatum	reſeruatam
Car. 105 col. 4 ver. 21	Cardinalis	Cardinales
Car. 107 col. 1 ver. 48	ſcãdilizãtes	ſcãdalizãtes
Car. 107 col. 2 ver. 21	diuerſi	vniuerſi
Car. 111 col. 2 ver. 1	inſiſtit	inſtetit
Car. 111 col. 2 ver. 34	ramas	ramos
Car. 113 col. 3 ver. 7	diminuire	diminuere
Car. 114 col. 4 ver. 45	deuiatum	deuiantem
Car. 115 col. 1 ver. 34	premiſit	permiſit
Car. 118 col. 2 ver. 6	eum va	cat
Car. 123 col. 1 ver. 15	quot	ꝙ
Car. 123 col. 1 ver. 21	quot	ꝙ
Car. 124 col. 1 ver. 46	eccleſie	eccleſia
Car. 126 col. 4 ver. 1	⁊	de
Car. 125 col. 4 ver. 29	vf.	df.
Car. 129 col. 1 ver. 19	chariſſime	clariſſime
Car. 131 col. 1 ver. 10	hac	hec
Car. 131 col. 1 ver. 39	pa	papa
Car. 131 col. 3 ver. 28	non va	cat
Car. 131 col. 4 ver. 10	delinq̃ndus	relinquẽdus
Car. 132 col. 1 ver. 19	nobilibus	notabilibus
Car. 132 col. 1 ver. 36	tractabius	tractatulus
Car. 132 col. 1 ver. 38	qõnũ	qõnis
Car. 132 col. 3 ver. 26	⁊	vt
Car. 133 col. 4 ver. 13	qua	quaſi
Car. 135 col. 1 ver. 34	euidens	euidente
Car. 135 col. 4 ver. 2	Imo	Jnno.
Car. 136 col. 2 ver. 3	repñtat	repñentet
Car. 139 col. 1 ver. 4	hoc va	cat
Car. 142 col. 2 ver. 48	euertãtẽ	euerterentur
Car. 145 col. 1 ver. 14	deferẽ	diferrur
Car. 145 col. 2 ver. 16	ampla	a parla,
Car. 145 col. 2 ver. 40	tunc	tum